26. *Hebr. LXX.* fortes omnes. *S. Th.* innumerabiles ſunt. *Vul. & fortiſſimi quique.*

Nota.

v. 2. A. Σ. Θ. καὶ ζῆθι. Hæc, aliæque omnes hujus Capitis lectiones, ex Editione Romana & ex Druſio prodeunt.

PROVERBIORUM CAP. VIII.

הלא־חכמה תקרא ותבונה תתן קולה 1. Ο. σὺ τὴν σοφίαν κηρύξῃς, ἵνα φρόνησίς σοι ὑπακούσῃ. Θ. ἰδοὺ ἡ σοφία κεκράξεται, καὶ ἡ σύνεσις δώσει φωνὴν αὐτῆς.

מבוא פתחים 3. Ο. ἐν δὲ εἰσόδοις. Θ. εἴσοδον θυρῶν.

הבינו לב 5. Σ. νοήσατε τῇ καρδίᾳ. Ο. ἔνθεσθε καρδίαν.

נגידים 6. Σ. Θ. ἡγεμονικά. Ο. σεμνά.

נפתל ועקש 8. Α. περιπεπλεγμένον. Ο. σκολιὸν οὐδὲ στραγγαλιῶδες. Θ. περιπεπλεγμένον καὶ διεστραμμένον.

נכחים 9. Σ. ἐλεγξώμεθα. Ο. ἐνώπια. Θ. εὐθεῖα. Αλλος, εὔκοπα, sive εὔσκοπα.

מפנינים 11. Σ. τῶν ἐσωτάτων. Ο. λίθων πολυτελῶν.

ערמה 12. Σ. πανουργίαν. Ο. βουλήν.

ודעת מזמות אמצא Ο. καὶ γνῶσιν καὶ ἔννοιαν ἐγὼ ἐπεκαλεσάμην. Θ. καὶ γνῶσιν διαβουλιῶν εὑρήσω.

רע 13. Ο. ἀδικίαν. Αλλος, κακίαν.

ופי תהפכות שנאתי Σ. Θ. καὶ στόμα στρεβλὸν ἐμίσησα. Ο. μεμίσηκα δὲ ἐγὼ διεστραμμένας ὁδοὺς κακῶν.

ותושיה 14. Α. εὐνομία. Ο. ἀσφάλεια.

גבורה Σ. κράτος. Ο. ἰσχύς.

יחוקקו צדק 15. Α. Θ. ἀκριβάσονται δίκαιον. Ο. γράφουσι δικαιοσύνην.

שרים ישרו 16. Α. Σ. ἄρχοντες ἄρξουσιν. Ο. μεγιστᾶνες μεγαλύνονται.

נדיבים Α. Θ. ἑκουσιαζόμενοι. Ο. τύραννοι.

משחרי ימצאנני 17. Ο. ζητοῦντες εὑρήσουσιν. Αλλοι, εὑρήσουσι χάριν.

אתי 18. Α. σὺν ἐμοί. Σ. παρ' ἐμοῦ. Θ. μετ' ἐμοῦ. Ο. ἐμοί.

הון עתק Α. ὕπαρξις μετ' εἰρήνης. Σ. βίος παλαιός. Ο. κτῆσις πολλῶν. Θ. ὕπαρξις παλαιά.

טוב פריי מחרוץ ומפז 19. Α. ἀγαθὸς καρπός μου παρὰ χρυσίον, καὶ παρὰ κιρρόν. Σ. κρείττων καρπός μου χρυσίου Ωφάζ. Ο. βέλτιον ἐμὲ καρ-

1. Heb. Numquid sapientia clamabit, & intelligentia dabit vocem suam. *LXX.* Tu sapientiam prædicabis, ut prudentia tibi obediat. *Th.* Ecce sapientia clamabit, & intelligentia dabit vocem suam. *Vulg. Numquid non sapientia clamitat, & prudentia dat vocem suam.*

3. *Hebr.* ingressum ostiorum. *LXX.* in introitibus autem. *Th.* introitum portarum. *Vulg. in ipsis foribus.*

5. *Heb. S.* intelligite corde. *LXX.* apponite cor. *Vul. animadvertite.*

6. *H.* eximia. *S. Th.* imperatoria. *LXX.* præclara. *Vul. de rebus magnis.*

8. *Heb.* pravum & obliquum. *A.* circumplicatum. *LXX.* pravum neque tortuosum. *Th.* circumplicatum & perversum. *Vulg. pravum quid, neque perversum.*

9. *Hebr. Th.* recta. *S.* arguamus. *LXX.* præsentia. *Alius*, facilia. *Vulg. recta sunt.*

11. *Heb.* præ margaritis. *S.* penitissimis. *LXX.* lapidibus pretiosis. *Vulg. cunctis pretiosissimis.*

12. *Hebr. Vulg.* astutia. *S.* calliditatem. *LXX.* consilium.

Hebr. Th. & scientiam cogitationum inveniam. *LXX.* & scientiam & cogitationem ego vocavi *Vul. & eruditis intersum cogitationibus.*

13. *Hebr. Vulg.* malum. *LXX.* injustitiam. *Alius*, malitiam.

Heb. & os perversitatum odivi. *S. Th.* & os tortuosum odivi. *LXX.* odivi autem ego perversas vias malorum. *Vulg. & os bilingue detestor.*

14. *Heb.* & essentia. *A. Vul.* æquitas. *LXX.* securitas.

Hebr. LXX. Vul. fortitudo. *S.* potentia.

15. *H.* decernent justitiam. *A. Th.* accurate decernent quod justum est. *LXX.* scribunt justitiam. *Vul. justa decernunt.*

16. *H. A. S.* principes principatum gerent. *LXX.* magnates magnificantur. *Vulg. principes imperant.*

H. magnifici. *A. Th.* arbitrarii. *LXX.* tyranni. *Vulg. potentes.*

17. *Heb.* Quærentes diluculo me, invenient me. *LXX.* Quærentes invenient. *Alii*, invenient gratiam. *Vul. Qui mane vigilant ad me, invenient me.*

18. *Hebr. A. Th. Vulg.* mecum. *S.* apud me. *LXX.* mihi.

Heb. substantia durabilis. *A.* substantia cum pace. *S.* vita antiqua. *LXX.* possessio multorum. *Th.* substantia antiqua. *Vul. opes superbæ.*

19. *Hebr.* Bonus fructus meus præ auro & præ obryzo. *A.* Bonus fructus meus præ auro & præ fulvo. *S.* Melior fructus meus auro Ophaz. *LXX.* Melius est me pro fructu per-

πίζεσθαι · ὑπὲρ χρυσίον καὶ λίθον τίμιον.

צדקה 20. Ο. δικαιοσύνης. Ἄλλος, δικαιώματος.

להנחיל 21. Α. Σ. Θ. τοῦ κληροδοτῆσαι. Ο. ἵνα μερίσω.

יהוה קנני ראשית דרכו קדם מפעליו מאז 22. Ἑβρ. Ἀδωναῒ κανανί. Α. κύριος ἐκτήσατό με κεφάλαιον τῶν ὁδῶν αὐτοῦ ἀρχῆθεν κατεργασμάτων αὐτοῦ. Σ. κύριος ἐκτήσατό με ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ πρὸ τῆς ἐργασίας αὐτοῦ. Ο. κύριος ἔκτισέ με ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ εἰς ἔργα αὐτοῦ. Θ. κύριος ἐκτήσατό με ἀρχὴν ὁδοῦ αὐτοῦ, πρὸ τῆς ἐργασίας αὐτοῦ ἀπὸ τότε.

מעולם נסכתי 23. Ο. πρὸ τοῦ αἰῶνος ἐθεμελίωσέ με. Θ. πρὸ αἰῶνος προκεχείρισμαι.

לפני גבעות הוללתי 25. Α. Θ. πρὸ βουνῶν ὠδινήθην. Σ. πρὸ βουνῶν ἐμαιώθην. Ο. πρὸ δὲ πάντων βουνῶν γεννᾷ με.

עד־לא עשה ארץ וחוצות 26. Α. Σ. πρὶν ἢ ἐποίησε γῆν καὶ ἐξόδους. Ο. κύριος ἐποίησε χώρας καὶ ἀοικήτους.

בחקו חוג על־פני תהום 27. Α. Θ. ἐν τῷ ἀκριβάζειν γῦρον ἐπὶ πρόσωπον ἀβύσσου. Ο. καὶ ὅτε ἀφώριζε τὸν ἑαυτοῦ θρόνον ἐπ' ἀνέμων.

שחקים 28. Α. ῥοπάς. Σ. αἰθέρα. Ο. νέφη.

אמון 30. Α. τιθηνουμένη. Σ. Θ. ἐστηριγμένη. Ο. ἁρμόζουσα.

משחקת Α. Σ. Θ. παίζουσα. Ο. εὐφραινόμην.

ואשרי דרכי ישמרו שמעו מוסר וחכמו ואל־ 32.
תפרעו ※ καὶ μακάριοι οἳ ὁδούς μου φυλάξουσι, ἀκούσατε σοφίαν καὶ σοφίσθητε, καὶ μὴ ἀποφραγῆτε. Sic ex aliquot Exemplaribus Edit. Rom. in Notis.

מזוזת פתחי 34. Ο. σταθμοὺς ἐμῶν εἰσόδων. Θ. φλιὰς θυρῶν μου.

כי מצאי מצא חיים 35. Α. Σ. Θ. ὁ γὰρ εὑρών με εὑρήσει ζωήν. Ο. αἱ γὰρ ἔξοδοί μου ἔξοδοι ζωῆς.

ויפק רצון מיהוה Σ. καὶ ἀρύεται εὐδοκίαν παρὰ κυρίου. Ο. καὶ ἑτοιμάζεται θέλησις παρὰ κυρίου.

חמס נפשו 36. Α. Σ. ἀδικεῖ ψυχὴν αὐτοῦ. Ο. ἀσεβοῦσιν εἰς τὰς ἑαυτῶν ψυχάς.

cipere super aurum & lapidem pretiosum. *Vulg. Melior enim est fructus meus auro, & lapide pretioso.*

20. *Heb. LXX. Vulg.* justitiæ. *Alius*, justificationis.

21. *H.* ad hæreditare faciendum. *A. S. Th.* ut hæreditatis loco dem. *LXX.* ut distribuam. *Vul. ut ditem.*

22. *Heb.* Dominus possedit me principium viæ suæ ante opera sua ex tunc. *Hebr. Lect.* Adonai Canani. *A.* Dominus possedit me capitulum viarum suarum a principio operum suorum. *S.* Dominus possedit me principium viarum suarum ante operationem suam. *LXX.* Dominus creavit me principium viarum suarum in opera sua. *Th.* Dominus possedit me principium viæ suæ ante operationem suam ex tunc. *Vulg. Dominus possedit me in initio viarum suarum, antequam quidquam faceret a principio.*

23. *Heb.* a sæculo principatum habui. *LXX.* ante sæculum fundavit me. *Th.* ante sæculum editus sum. *Vul. ab æterno ordinata sum.*

25. *H.* ante colles formata sum. *A. Th.* ante colles edita sum. *S.* ante colles obstetricem habui. *LXX.* & ante omnes colles generat me. *Vulg. ante colles ego parturiebar.*

26. *Heb.* Adhuc non fecerat terram & plateas. *A. S.* Priusquam faceret terram & exitus. *LXX.* Dominus fecit regiones & deserta. *Vulg. Adhuc terram non fecerat & flumina.*

27. *Heb.* in describendo circulum super faciebus voraginis. *A. Th.* cum accurate describeret circulum in superficie abyssi. *LXX.* & cum secerneret thronum suum super ventos. *Vulg. quando certa lege & gyro vallabat abyssos.*

28. *H. S. Vulg.* æthera. *A.* momenta. *LXX.* nubes.

30. *H.* nutricius. *A.* nutricia. *S. Th.* firmata. *LXX.* disponens. *Vul. cuncta componens.*

H. A. S. Th. Vul. ludens. *LXX.* lætabar.

32. *Hebr.* Beati qui vias meas custodierint. Audite eruditionem, & sapientes estote: & ne feriamini, ※ & beati qui vias meas custodient. Audite sapientiam, & sapientes efficiamini: & ne obstruamini. *Vulg. Beati qui custodiunt vias meas. Audite disciplinam, & estote sapientes, & nolite abjicere eam.*

34. *Heb.* postes ostiorum meorum. *LXX.* limina introituum meorum. *Th.* postes januarum mearum. *Vulg. postes ostii mei.*

35. *H.* Quoniam inveniens me invenit vitas. *A. S. Th.* Qui enim invenerit me inveniet vitam. *LXX.* Exitus enim mei exitus vitæ. *Vulg. Qui me invenerit inveniet vitam.*

Heb. & educet voluntatem a Domino. *S.* & haurit benevolentiam a Domino. *LXX.* & paratur voluntas a Domino. *Vulg. & hauriet salutem a Domino.*

36. *Heb.* injurius est animæ suæ. *A. S.* lædit animam suam. *LXX.* impie agunt in animas suas. *Vulg. lædet animam suam.*

Notæ & variæ Lectiones ad Cap. VIII. Proverbiorum.

v. 1. Θ. ἰδοὺ ἡ σοφία κεκράξεται &c. Ex Editione Romana & ex Drusio, ut & sequentes.

v. 9. Σ. ἐλεγξώμεθα. Aliam lectionem proponit Drusius, nempe ἐκλεξώμεθα, quæ minus convenit cum voce נכחים, ut fatetur ipse Drusius.

v. 16. A. Θ. ἐκκουσιαζόμενοι. Sic vocem נדיב solet vertere Aquila. Vide in utroque Lexico.

v. 19. Σ. χρυσίου Ωφάζ. Drusius hæc habet: *Legit, ut apparet, inversis litteris* מופז *ut* 1. *Reg.* 10. 18. זהב מופז, *quod Hieron. interpretatur*, aurum fulvum *i.* χρυσίον κίῤῥον, *Aquilam aut Symmachum æmulatus.* Hæc Drusius. Quid vero si dicamus Symmachum, nullâ transpositâ litterâ legisse ומפז Ωμφάζ, & euphoniæ causa Ωφάζ.

v. 22. Αδωναϊ κανανί. Sic Epiphanius p. 749. Aquilæ vero Symmachi & Theodotionis lectiones mutuamur ex Eusebio contra Marcellum. Secunda vero pars interpretationis ex Hieronymo desumta fuit in Editione Romana, ubi hæc leguntur in notis. *De hoc vide S. Hieronymum in hunc locum, & cap. XXVI. Esaïæ. in Mich. cap. IV. in Epist. ad Ephes. cap. 2. & in Epist. CXXXIX.*

v. 27. A. Θ. ἐν τῷ ἀκριβάζειν γῦρον &c. Pro γῦρον legitur alibi A. Σ. πύργον. Sed perperam, ut recte suspicatur Drusius. חוג vertitur γῦρος etiam Job. 26. 10.

v. 28. A. ῥοπάς. Eamdem Hebraïcam vocem Aquila vertit τροπὰς, Job. 37. 18. Unde suspicio oriatur hic ῥοπάς mendose positum fuisse pro τροπάς. Quæ postrema vox melius quadrare videtur ad sensum.

PROVERBIORUM CAP. IX.

חצבה 1. A. Σ. ἐλατόμησε. O. ὑπήρεισε.

ערכה 2. A. παρέταξε. Σ. προσέθηκε. O. ἡτοιμάσατο. Θ. ἐστοίβασε.

נערתיה 3. A. παιδίσκας αὐτῆς. Σ. κοράσια αὐτῆς. Θ. δούλους. Θ. νεανίδας.

מרמי קרת A. ἐπὶ ὑψέων... Σ. Θ... πόλεως. O. μετὰ ὑψηλοῦ κηρύγματος.

פתי 4. Σ. νήπιος. O. ἄφρων.

עזבו 6. A. Σ. Θ. καταλίπετε. O. ἀπολείπετε.

ואשרו בדרך בינה A. Σ. καὶ κατευθύνθητε ἐν ὁδῷ συνέσεως. O. καὶ κατορθώσατε ἐν γνώσει σύνεσιν.

ומוכיח לרשע מומו 7. ※ Οἱ γὰρ ἔλεγχοι τῷ ἀσεβεῖ, μώλωπες αὐτῷ. Ἄλλος, οὗτος ὁ στίχος οὐ κεῖται οὔτε ἐν τοῖς λοιποῖς, οὔτε παρὰ τοῖς O.

ולצת 12. Σ. κἂν λοιμὸς γένῃ. O. ἐὰν δὲ κακὸς ἀποβῇς.

לבדך תשא Σ. Θ. μόνος βαστάξεις. O. μόνος ἀντλήσεις κακά.

רפאים 18. A. ῥαφαείν. Σ. θεομάχοι. O. γηγενεῖς. Θ. γίγαντες.

בעמקי שאול קראיה A. Σ. Θ. καὶ ἐπὶ τοῖς βαθέσι τοῦ ᾅδου οἱ κλητοὶ αὐτῆς. O. καὶ ἐπὶ πέταυρον ᾅδου συναντᾷ.

1. Hebr. *A. S. Vulg.* excidit. *LXX.* suffulciit.

2. *Heb.* disposuit. *A.* instruxit. *S.* apposuit. *LXX.* præparavit. *Th.* struxit. *Vulg. proposuit.*

3. *Heb.* puellas suas. *A. S. Vulg.* ancillas suas. *LXX.* servos. *Th.* adolescentulas.

H. excelsorum civitatis. *A.* in excelsis locis.... *S. Th.*....civitatis. *LXX.* cum excelso præconio. *Vul. ad mœnia civitatis.*

4. *Hebr.* simplex. *S.* infans. *LXX.* insipiens. *Vul. parvulus.*

6. *Heb. A. S. LXX. Th. Vul.* relinquite.

Heb. & incedite in via intelligentiæ. *A. S.* & dirigite vos in via intelligentiæ. *LXX.* & corrigite in scientia intelligentiam. *Vulg. & ambulate per vias prudentiæ.*

7. *H.* & increpans impium maculam ejus. ※ Nam redargutiones impio, stimuli ipsi. *Hic versus nec apud reliquos Interpretes; nec apud LXX. exstat. Vulg. Et qui arguit impium sibi maculam generat.*

12. *Heb.* & illusisti. *S.* & si pestilens fueris. *LXX.* si autem malus evadas. *Vul. si autem illusor.*

Hebr. S. Th. solus portabis. *LXX.* solus hauries mala. *Vul. solus portabis malum.*

18. *H.* Raphaim. *A.* Raphain. *S.* Dei hostes. *LXX.* terrigenæ. *Th. Vulg.* gigantes.

Hebr. in profundis sepulcri invitati ejus. *A. S. Th.* & in profundis inferni vocati ejus. *LXX.* & in profundum inferni occurrit. *Vulg. & in profundis inferni convivæ ejus.*

Notæ & variæ Lectiones ad Cap. IX. Proverbiorum.

v. 1. A. Σ. ἐλατόμησε. Sic Editio Romana & Drusius, unde sequentes etiam lectiones mutuamur.

v. 7. Οἱ γὰρ ἔλεγχοι &c. Hic versus asterisco haud dubie notabatur, etsi id non dicatur in nota Edit. Romanæ.

v. 18. A. Σ. Θ. καὶ ἐπὶ τοῖς βαθέσι &c. In Regio uno ex Procopio ita legitur, τὸ δὲ ἐπὶ πέταυρον ᾅδου, οἱ λοιποὶ, ἐν βαθέσιν εἶπον.

PROVERBIORUM

PROVERBIORUM CAP. X.

לא־ירעיב 2. Σ. Θ. οὐ λιμαγχονήσει. Ο. οὐ λιμοκτονήσει.

אגר בקיץ בן משכיל 5. Σ. συνάξας ἐν ἀμητῷ υἱὸς φρόνιμος. Ο. διεσώθη ἀπὸ καύματος υἱὸς νοήμων.

בן מביש A. υἱὸς αἰσχύνης. Ο. υἱὸς παράνομος.

חמס 6. A. Σ. ἀδικίαν. Ο. πένθος ἄωρον. Θ. ἁρπαγήν.

לברכה 7. A. εἰς εὐλογίαν. Ο. μετ᾽ ἐγκωμίων.

ירקב A. Σ. σαπήσεται. Θ. σβέννυται.

ילבט 8. A. δαρήσεται. Σ. βασανισθήσεται. Ο. ὑποσκελισθήσεται. Θ. φυρήσεται.

בתום 9. A. Σ. ἐν ἁπλότητι. Ο. ἁπλῶς.

ומעקש Σ. καὶ στρεβλῶν. Ο. διαστρέφων.

פי צדיק 11. A. Σ. στόμα δικαίου. Ο. ἐν χειρὶ δικαίου.

מדנים 12. Σ. Θ. μάχας. Ο. νεῖκος.

אהבה A. Σ. ἀγάπη. Ο. φιλία.

בשפתי נבון תמצא חכמה 13. A. Σ. Θ. ἐν χείλεσι σοφοῦ εὑρεθήσεται σοφία. Ο. ὃς ἐκ χειλέων προφέρει σοφίαν.

ושבט לגו חסר־לב Ο. ῥάβδῳ τύπτει ἄνδρα ἀκάρδιον. Θ. καὶ ῥάβδος ἐν νώτῳ ὑστερουμένου καρδίας.

יצפנו־דעת 14. A. συγκρύψουσι γνῶσιν. Ο. κρύψουσιν αἴσθησιν.

קרית עזו 15. Ο. πόλις ὀχυρά. Θ. πόλις κράτους αὐτοῦ.

מחתת דלים Ο. συντριβὴ δὲ ἀσεβῶν. Ἄλλος, δειλία ἀσεβῶν.

תבואת 16. A. Σ. Θ. γεννήματα. Ο. καρποί.

ארח לחיים שומר מוסר 17. Σ. τρίβος εἰς ζωὴν φυλασσόντων παιδείαν. Ο. ὁδοὺς δικαίας ζωῆς φυλάσσει παιδεία. Ἄλλος, ὁδὸς ζωῆς φυλάσσει ἀκάκους.

ועזב תוכחת A. Σ. Θ. ὁ δὲ ἐγκαταλιμπάνων ἐλέγχους. Ο. παιδεία δὲ ἀνεξέλεγκτος.

שפתי־שקר 18. A. Θ. χείλη ψεύδους. Σ. χείλη ἄδικα. Ο. χείλη δίκαια.

דבה A. Θ. ψόγον. Ο. λοιδορίας.

פשע 19. Σ. παράπτωμα. Ο. ἁμαρτίαν.

2. HEb. non faciet esurire. *S. Th.* non necabit fame. *LXX.* non occidet fame. *Vul. non affliget fame.*

5. *Hebr.* congregans in æstate filius intelligens. *S.* congregans in messe filius prudens. *LXX.* evasit ab æstu filius intelligens. *Vul. qui congregat in messe, filius sapiens est.*

H. filius confundens. *A.* filius pudoris. *LXX.* filius iniquus. *Vulg. filius confusionis.*

6. *Hebr.* injuriam. *A. S.* iniquitatem. *LXX.* luctus intempestivus. *Th.* rapinam. *Vulg. iniquitas.*

7. *Hebr. A.* in benedictionem. *LXX.* cum encomiis. *Vulg. cum laudibus.*

Heb. A. S. Vulg. putrescet. *LXX.* exstinguitur.

8. *Hebr.* præcipitabitur. *A.* verberabitur. *S.* torquebitur. *LXX.* supplantabitur. *Th.* fœdabitur. *Vulg. cæditur.*

9. *Heb.* in integritate. *A. S.* in simplicitate. *LXX. Vulg.* simpliciter.

H. & depravans. *S.* & distorquens. *LXX.* qui subvertit. *Vulg. qui depravat.*

11. *H. A. S. Vul.* os justi. *LXX.* in manu justi.

12. *Heb.* contentiones. *S. Th.* pugnas. *LXX.* contentionem. *Vul. rixas.*

Heb. A. S. Vul. charitas. *LXX.* amicitia.

13. *Heb.* in labiis intelligentis invenietur sapientia. *A. S. Th.* in labiis sapientis invenietur sapientia. *LXX.* qui e labiis profert sapientiam. *Vul. In labiis sapientis invenitur sapientia.*

Heb. & virga corpori carentis corde. *LXX.* virgâ percutit virum excordem. *Th.* & virga in tergo deficientis corde. *Vulg. & virga in dorso ejus qui indiget corde.*

14. *Hebr. A.* abscondent scientiam. *LXX.* abscondent sensum. *Vul. abscondunt scientiam.*

15. *Hebr. Vulg.* urbs fortitudinis ejus. *LXX.* civitas munita. *Th.* urbs potentiæ ejus.

Heb. contritio exhaustorum. *LXX.* contritio autem impiorum. *Alius*, pavor impiorum. *Vul. pavor pauperum.*

16. *Hebr.* proventus. *A. S. LXX. Th. Vulg.* fructus.

17. *Heb.* semita ad vitam custodientis correptionem. *S.* callis ad vitam custodientium disciplinam. *LXX.* vias justas vitæ custodit disciplina. *Alius*, via vitæ custodit innocentes. *Vul. via vitæ custodienti disciplinam.*

Hebr. & deserens increpationem. *A. S. Th.* qui autem derelinquit reprehensiones. *LXX.* disciplina autem carens increpatione. *Vul. qui autem increpationes relinquit.*

18. *Heb.* labiis mendacii. *A. Th.* labia mendacii. *S.* labia injusta. *LXX.* labia justa. *Vulg. labia mendacia.*

H infamiam. *A. Th.* vituperium. *LXX.* contumelias. *Vul. contumeliam.*

19. *Heb.* prævaricatio. *S.* lapsus. *LXX. Vulg.* peccatum.

נבחר 20. Α. Σ. ἐκλεκτός. Ο. πεπυρωμένος.

20. *H. A. S. Vulg.* electum. *LXX.* igne examinatum.

כמעט Α. ὡς ὀλίγον. Σ. εὐτελής. Ο. ἐκλείψει. Θ. ὡς μικρόν.

H. A. ut parum. *S.* vile. *LXX.* deficiet. *Th.* parvi est. *Vulg. pro nihilo.*

ירעו רבים 21. Α. ποιμανοῦσι πολλούς. Ο. ἐπίστανται ὑψηλά.

21. *Heb.* pascent multos. *A.* pascunt multos. *LXX.* sciunt excelsa. *Vulg. erudiunt plurimos.*

בחסר־לב ימותו Α. ἐν ἐνδείᾳ καρδίας ἀποθανοῦνται. Ο. ἐν ἐνδείᾳ τελευτῶσιν.

H. in defectu cordis morientur. *A. Vulg.* in cordis egestate morientur. *LXX.* in egestate moriuntur.

כשחוק לכסיל עשות זמה 23. Α. ὡς γέλως τῷ ἀνοήτῳ ποιῆσαι ἀνομίαν. Ο. ἐν γέλωτι ἄφρων πράσσει κακά.

23. *H.* veluti ridere stulto, facere scelus. *A.* quasi risus stulto facere iniquitatem. *LXX.* in risu insipiens facit mala. *Vulg. quasi per risum stultus operatur scelus.*

וצדיק יסוד עולם 25. Α. Σ. Θ. ὁ δὲ δίκαιος θεμέλιος αἰώνιος. Ο. δίκαιος δὲ ἐκκλίνας σώζεται εἰς τὸν αἰῶνα.

25. *H.* & justus fundamentum sæculi. *A. S. Th.* justus autem fundamentum æternum. *LXX.* justus autem declinans salvatur in sæculum. *Vul. justus autem quasi fundamentum sempiternum.*

תוחלת צדיקים 28. Α. καραδοκία (δικαίων.) Σ. ὑπομονὴ (δικαίων.) Ο. ἐγχρονίζει δικαίοις. Θ. προσδοκία δικαίων.

28. *Heb. A. Th. Vul.* expectatio justorum. *S.* patientia justorum. *LXX.* immoratur justis.

מעוז לתם 29. Α. . . . τῷ ἁπλῷ. Σ. Θ. κραταίωμα τῷ τελείῳ. Ο. ὀχύρωμα ὁσίου. Ἄλλος, τῷ ἀκάκῳ.

29. *Heb.* fortitudo simplici. *A. . .* simplici. *S. Th.* firmamentum perfecto. *LXX.* munitio sancti. *Alius*, innocenti. *Vulg. fortitudo simplicis.*

מחתה Σ. δειλία. Ο. συντριβή.

H. LXX. contritio. *S. Vul.* pavor.

בל־ימוט 30. Α. οὐ μὴ σφαλῇ. Σ. Θ. οὐ σαλευθήσεται. Ο. οὐκ ἐνδώσει.

30. *Heb.* non nutabit. *A.* non labetur. *S. Th. Vulg.* non commovebitur. *LXX.* non nutabit.

ידעון רצון 32. Α. Θ. γνώσονται. Ο. ἀποστάζει χάριτας. Ἄλλος, ἐπίσταται.

32. *H.* scient voluntatem. *A. Th.* scient. *LXX.* distillant gratias. *Alius*, sciunt. *Vulg. considerant placita.*

תהפכות Ο. ἀποστρέφεται. Ἀλλ. καταστρέφεται.

H. perversitates. *LXX.* pervertit. *Alius*, subvertitur. *Vulg. perversa.*

Notæ & variæ Lectiones ad Cap. X. Proverbiorum.

v. 2. Σ. Θ. οὐ λιμαγχονήσει. Sic Editio Rom. & Drusius, unde sequentes etiam lectiones eruimus.

v. 12. Σ. Θ. μάχας. Ο. νεῖκος. Unus Regius ex Procopio habet, ἀντὶ τοῦ νεῖκος, οἱ λοιποί, ἀντιδικίας. Qui ἀντιδικίας vertit est fortasse Aquila, ut infra 19. 13. Nam quod Procopius dicat, οἱ λοιποί, id nihil negotii facessit, quia, ut jam vidimus, ita sæpe de uno dicitur.

PROVERBIORUM CAP. XI.

מאזני מרמה 1. Α. Σ. ζύγια ἐπιθέσεως. Ο. ζυγοὶ δόλιοι.

1. HEb. bilances doli. *A. S.* stateræ fraudulentæ. *LXX.* stateræ dolosæ. *Vulg. statera dolosa.*

אבן שלמה Α. τέλειον. Σ. πλῆρες. Ο. στάθμιον. δίκαιον.

Heb. lapis perfectus. *A.* (pondus) perfectum. *S.* (pondus) plenum. *LXX.* pondus justum. *Vul. pondus æquum.*

ואת־צנועים חכמה 2. Σ. παρὰ δὲ τοῖς ἐπιμελέσι σοφία. Ο. στόμα δὲ ταπεινῶν μελετᾷ σοφίαν. Θ. καὶ μετὰ ἐπιεικῶν σοφία.

2. *Hebr.* & cum modestis sapientia. *S.* apud diligentes autem est sapientia. *LXX.* os autem humilium meditatur sapientiam. *Th.* & cum æquis est sapientia. *Vulg. ubi autem est humilitas, ibi & sapientia.*

תמת ישרים תנחם וסלף בגדים ושדם 3. ※ τελειότης εὐθείων ὁδηγήσει αὐτούς, καὶ ὑποσκελισμὸς ἀθετούντων προνομεύσει αὐτούς.

3. *H.* integritas rectorum ducet eos, & perversitas prævaricatorum devastabit eos. ※ Perfectio rectorum ducet eos, & supplantatio perfidorum deprædabitur eos. *Vul. simplicitas justorum diriget eos: & supplantatio perversorum vastabit illos.*

לא־יועיל הון ביום עברה וצדקה תציל ממות 4. ※ οὐκ ὠφελήσει ὑπάρχοντα ἐν ἡμέρᾳ θυμοῦ, δικαιοσύνη δὲ ῥύσεται ἀπὸ θανάτου.

4. *Hebr.* Non proderit affluentia in die iræ: & justitia eruet a morte. ※ Non proderunt bona in die furoris: justitia vero liberabit a morte. *Vul. Non proderunt divitiæ in die furoris: justitia autem liberabit a morte.*

וברשעתו יפל רשע 5. Α. Σ. Θ. καὶ ἐν ἀσεβείᾳ αὐτοῦ πεσεῖται ὁ ἀσεβής. Ο. ἀσέβεια δὲ περιπίπτει ἀδικίᾳ.

ישרים 6. Α. Σ. Θ. εὐθείων. Ο. ὀρθῶν.

הות Ο. ἀπωλείᾳ. Αλλος, ἀβουλίᾳ. Αλλος, ἀσεβείᾳ.

ובהות בגדים ילכדו Α. Σ. Θ. ἐν δὲ τῇ ἀδικίᾳ οἱ ἀδικοῦντες συλληφθήσονται. Ο. τῇ δὲ ἀπωλείᾳ αὐτῶν ἁλίσκονται παράνομοι.

תוחלת 7. Ο. καύχημα. Θ. προσδοκία.

מצרה נחלץ 8. Σ. Θ. ἐκ θλίψεως ἐῤῥύσθη. Ο. ἐκ θήρας ἐκδύνει.

בפה חנף ישחת רעהו 9. Α. Σ. Θ. ἐν στόματι ὑποκριτῶν διαφθείρει τὸν πλησίον αὐτοῦ. Ο. ἐν στόματι ἀσεβῶν παγὶς πολίταις.

ובדעת צדיקים יחלצו Α. καὶ ἐν γνώσει δίκαιοι ῥυσθήσονται. Ο. αἴσθησις δὲ δικαίων εὔοδος.

ובאבד רשעים רנה 10. ※ καὶ ἐν ἀπωλείᾳ ἀσεβῶν ἀγαλλίαμα.

בברכת ישרים תרום קרת 11. ※ ἐν εὐλογίᾳ εὐθέων ὑψωθήσεται πόλις. Σ. ἀγαλλιάσονται πόλεις. Θ. εὐφρανθήσονται.

תהרס Α. Σ. Θ. καθαιρεθήσεται. Ο. κατεσκάφη.

בז 12. Α. Σ. Θ. ἐξουδενεῖ. Ο. μυκτηρίζει.

רכיל 13. Α. διάβολος. Σ. δόλιος. Ο. δίγλωσσος.

סוד Α. ἀπόῤῥητον. Σ. μυστήριον. Ο. βουλάς.

ונאמן רוח Α. Σ. πιστὸς δὲ πνεύματι. Ο. πιστὸς δὲ πνοῇ.

מכסה דבר Σ. σκοπεῖ (l. σκέπει) λόγους. Ο. κρύπτει πράγματα.

באין תחבלות יפל־עם 14. Ο. οἷς μὴ ὑπάρχει κυβέρνησις πίπτουσιν. Θ. ἐν ἀνοησίᾳ πεσεῖται λαός.

ברב יועץ Σ. Θ. ἐν πολυβούλῳ. Ο. ἐν πολλῇ βουλῇ.

ושונא תוקעים בוטח 15. Σ. ὁ δὲ μισῶν ἐμπαγὰς πέποιθε. Ο. μισεῖ δὲ ἦχον ἀσφαλείας. Θ. καὶ μισῶν παγιδευθῆναι πεποιθήσει.

אשת חן תתמך כבוד 16. Α. γυνὴ χάριτος. Σ. γυνὴ ἀγαθὴ ἀνθέξεται δόξης. Ο. γυνὴ εὐχάριστος ἐγείρει ἀνδρὶ δόξαν.

ועריצים יתמכו־עשר Ο. οἱ δὲ ἀνδρεῖοι ἐρείδονται πλούτῳ. Θ. διακόπτοντες ἐπιλήψονται πλούτου.

5. *H. A. S. Th.* & in impietate sua cadet impius. *LXX.* impietas autem incidit in injustitiam. *Vulg. & in impietate sua corruet impius.*

6. *Hebr. A. S. LXX. Th. Vul.* rectorum.

Heb. pravitate. *LXX.* perditione. *Alius*, inconsiderantia. *Alius*, impietate. *Vul. insidiis.*

H. & in pravitate prævaricatores capientur. *A. S. Th.* in iniquitate autem iniqui comprehendentur. *LXX.* sua autem perditione capiuntur iniqui. *Vulg. & in insidiis suis capiuntur iniqui.*

7. *Hebr. Th. Vulg.* expectatio. *LXX.* gloriatio.

8. *Heb. S. Th. Vulg.* de angustia liberatus est. *LXX.* e captura exit.

9. *Heb.* in ore hypocrita corrumpit sodalem suum. *A. S. Th.* in ore hypocritarum corrumpit proximum suum. *LXX.* in ore impiorum laqueus civibus. *Vul. Simulator ore decipit amicum suum.*

Hebr. A. & in scientia justi eruentur. *LXX.* sensus autem justorum prospere procedens. *Vulg. justi autem liberabuntur scientiâ.*

10. *Heb.* & in pereundo impios exultatio. ※ & in perditione impiorum exultatio. *Vul. & in perditione impiorum erit laudatio.*

11. *Hebr.* ※ in benedictione rectorum exaltabitur civitas. *S.* exultabunt civitates. *Th.* lætabuntur. *Vul. benedictione justorum exaltabitur civitas.*

Heb. Vulg. subvertetur. *A. S. Th.* evertetur. *LXX.* eversa est.

12. *H. A. S. Th. Vul.* despicit. *LXX.* subsannat.

13. *H.* delator. *A.* calumniator. *S.* dolosus. *LXX.* bilinguis. *Vulg. fraudulenter.*

Heb. A. secretum. *S.* mysterium. *LXX.* consilia. *Vulg. arcana.*

Hebr. & fidelis spiritu. *A. S. LXX.* fidelis autem spiritu. *Vulg. qui autem fidelis est animi.*

Heb. operiens verbum. *S.* tegit verba. *LXX.* abscondit res. *Vul. celat amici commissum.*

14. *Hebr.* in non industriæ cadet populus. *LXX.* quibus non est gubernatio, cadunt. *Th.* per insipientiam cadet populus. *Vulg. ubi non est gubernator, populus corruet.*

Heb. in multitudine consiliarii. *S. Th. LXX.* in multo consilio. *Vul. ubi multa consilia.*

15. *Hebr.* & odiens stipulantes, fidens. *S.* qui autem odit laqueos, securus est. *LXX.* odit autem sonum securitatis. *Th.* qui odit illaqueari, confidet. *Vulg. qui autem cavet laqueos, securus erit.*

16. *Hebr.* Mulier gratiæ assequetur gloriam. *A.* mulier gratiæ. *S.* Mulier bona retinebit gloriam. *LXX.* Mulier gratiosa suscitat viro gloriam. *Vul. Mulier gratiosa inveniet gloriam.*

H. & fortes adipiscentur opulentiam. *LXX.* fortes autem fulciuntur divitiis. *Th.* dirumpentes accipient divitias. *Vulg. & robusti habebunt divitias.*

גמל נפשו 17. A. Θ. ἀμείβεται. Σ. εὐεργετεῖ ψυχὴν αὐτοῦ. O. τῇ ψυχῇ αὐτοῦ ἀγαθὸν ποιεῖ.

17. *Heb.* retribuens animæ suæ. *A. Th.* remuneratur. *S. LXX. Vul.* benefacit animæ suæ.

ועכר שארו Σ. ταράσσει δὲ οἴκους ἑαυτοῦ. O. ἐξολλύει δὲ αὐτοῦ σῶμα.

Heb. & turbans carnem suam. *S.* turbat autem domos suas. *LXX.* perdit autem corpus suum. *Vulg. etiam propinquos abjicit.*

ומרדף רעה למותו 19. A. Σ. Θ. καὶ καταδιώκων κακίαν εἰς θάνατον ἑαυτοῦ. O. διωγμὸς δὲ ἀσεβοῦς εἰς θάνατον.

19. *H.* & sequens malum, ad mortem suam. *A. S. Th.* & qui sectatur malitiam, ad mortem suam. *LXX.* persequutio autem impii ad mortem. *Vulg. & sectatio malorum mortem.*

עקשי־לב 20. A. Σ. Θ. στρεβλοκάρδιοι. O. διεστραμμέναι ὁδοί.

20. *Heb. A. S. Th.* perversi corde. *LXX.* perversæ viæ. *Vulg. cor pravum.*

ורצונו Σ. θέλημα δὲ αὐτοῦ. O. προσδεκτοὶ δὲ αὐτοῦ. Θ. εὐδοκία.

Heb. & beneplacitum ejus. *S.* voluntas autem ejus. *LXX.* accepti autem ei. *Th.* beneplacitum. *Vulg. & voluntas ejus.*

וזרע צדיקים נמלט 21. A. καὶ σπέρμα δικαίων περισωθήσεται. O. ὁ δὲ σπείρων δικαιοσύνην λήψεται μισθὸν πιστόν.

21. *Heb.* & semen justorum evasit. *A.* & semen justorum salvabitur. *LXX.* qui autem seminat justitiam, accipiet mercedem fidelem. *Vulg. semen autem justorum salvabitur.*

נזם זהב 22. O. ἐνώτιον. Ἄλλοι, ἐνώτιον χρυσοῦν.

22. *Hebr. Alii*, inauris aurea. *LXX.* inauris. *Vulg. circulus aureus.*

אשה יפה וסרת Σ. Θ. γυνὴ καλὴ καὶ κακόφρων. O. γυναικὶ κακόφρονι κάλλος.

Heb. mulier pulcra, & declinans. *S. Th.* mulier pulcra & maligna. *LXX.* mulieri malignæ pulcritudo. *Vulg. mulier pulcra & fatua.*

עברה 23. O. ἀπολεῖται. Ἀλλ. ἀπόλλυται. Ἀλλ. ἀπέρχεται.

23. *Hebr.* furor penetrans. *LXX.* peribit. *Al.* perit. *Al.* abscedit. *Vul. furor.*

מפזר 24. A. Σ. Θ. σκορπίζοντες. O. σπείροντες.

24. *Hebr.* dispergens. *A. S. Th.* dispergentes. *LXX.* seminantes. *Vul. dividunt.*

וחשך A. Σ. ὁ δὲ φειδόμενος. O. οἱ συνάγοντες. Ἄλλοι, οἱ συνάγοντες ἀλλότρια.

Hebr. & prohibens. *A. S.* qui vero parcit. *LXX.* congregantes. *Alii*, qui congregant aliena. *Vulg. alii rapiunt.*

מישר אך למחסור O. ἐλαττονοῦνται. Θ. ἀπὸ εὐθύτητος εἰς ὑστέρημα.

Hebr. a rectitudine, verumtamen ad defectum. *LXX.* minuuntur. *Th.* a rectitudine ad defectum. *Vulg. non sua, & semper in egestate sunt.*

תדשן 25. A. Σ. Θ. πιανθήσεται. O. πᾶσα ἁπλῆ.

25. *Heb. A. S. Th. Vul.* impinguabitur. *LXX.* omnis simplex.

ומרוה גם־הוא יורא Σ. ὁ δὲ μέθυσος καίγε αὐτὸς πρώϊνος. O. ἀνὴρ δὲ θυμώδης οὐκ εὐσχήμων.

H. & inebrians, etiam ipse pluvia. *S.* Ebrius vero etiam ipse matutinus erit. *LXX.* Vir autem animosus, inhonestus est. *Vulg. & qui inebriat, ipse quoque inebriabitur.*

מנע בר יקבהו לאום 26. A. . . . καταράσονται αὐτόν. Σ. ὁ κωλύων σῖτον λαοκατάρατος. O. ὁ συνέχων σῖτον ὑπολείποιτο αὐτὸν τοῖς ἔθνεσι. Θ. ὁ κωλύων σῖτον δημοκατάρατος. Ἀλλ. ὁ τιμιουλκῶν σῖτον δημοκατάρατος. (al. ἐπικατάρατος.)

26. *Heb.* prohibenti frumentum, maledicet ei populus. *A.* . . maledicent eum. *S.* qui cohibet frumentum, a populo maledictus. *LXX.* qui continet frumentum, relinquat illud nationibus. *Th.* qui cohibet frumentum, a populo maledictus. *Alius*, captans pretia frumenti, maledictus a populo. *Vul. Qui abscondit frumenta maledicetur in populis.*

משביר A. Θ. πιπράσκοντος. Σ. πωλοῦντος. O. μεταδιδόντος.

Hebr. frangentis. *A. S. Th.* vendentis. *LXX.* communicantis. *Vulg. vendentium.*

שחר טוב יבקש רצון 27. A. ὀρθρισμὸς ἀγαθοῦ ζητεῖ εὐδοκίαν. O. τεκταινόμενος ἀγαθὰ ζητεῖ χάριν ἀγαθήν.

27. *Hebr.* Quærens mane bonum, quæret placitum. *A.* Sectatio matutina boni, quærit benevolentiam. *LXX.* Fabricans bona, quærit gratiam bonam. *Vulg. Bene consurgit diluculo qui quærit bona.*

כעלה צדיקים יפרחו 28. Σ. ὡς θαλλὸς δίκαιοι βλαστήσουσιν. O. ὁ δὲ ἀντιλαμβανόμενος δικαίων, οὗτος ἀνατελεῖ.

28. *Heb.* & tamquam folium justi germinabunt. *S.* ut ramus virens justi germinabunt. *LXX.* qui autem inhæret justis hic germinabit. *Vul. Justi autem quasi virens folium germinabunt.*

עכר ביתו 29. A. Σ. Θ. ταράσσων οἶκον αὐτοῦ. O. ὁ μὴ συμπεριφερόμενος τῷ ἑαυτοῦ οἴκῳ.

29. *H. A. S. Th. Vul.* qui conturbat domum uam. *LXX.* qui non conversatur domi suæ.

פרי צדיק עץ חיים 30. A. Σ. Θ. καρπὸς δικαίου ξύλον ζωῆς. O. ἐκ καρποῦ δικαιοσύνης φύεται δένδρον ζωῆς.

30. *Heb. A. S. Th. Vulg.* Fructus justi lignum vitæ. *LXX.* De fructu justitiæ nascitur arbor vitæ.

Notæ & variæ Lectiones ad Cap XI. Proverbiorum.

v. 1. A. Σ. ζύγια ἐπιθέσεως. Sic Editio Romana & Drusius hanc & sequentes hujus Capitis Interpretationes efferunt.

v. 3. & 4. Hæc asterisco notabantur in quodam Mf. ut dicitur in notis Edit. Romanæ, quia nempe desunt in O.

v. 10. & 11. Similiter asterisco notantur in quodam Exemplari quia deerant in O. Sic in notis Edit. Rom.

v. 16. A. γυνὴ χάριτος &c. Hieronymus ad Ephesios Tom. IV. p. 381. hæc habet: *Et quia non est consuetudinis nisi inter doctos quosque apud Græcos εὐχαριστίαν ad distinctionem Eucharistiæ dicere, hoc est gratiosum esse, & agere gratias: Propterea puto Apostolum quasi Hebræum ex Hebræis, verbo usum esse vulgato, & sensum suum alterius significatione verbi explicare voluisse: maxime cum apud Hebræos gratiosus & gratias agens, uno, ut aiunt, sermone dicatur. Unde & in Proverbiis puto ita scriptum:* γυνὴ εὐχάριστος ἐγείρει ἀνδρὶ δόξαν, mulier grata suscitat viro gloriam, *pro eo quod est*, gratiosa. *Videremur vim facere scripturæ, & gratias agentem mulierem pro gratiosa audacter accipere, nisi & cæteræ Editiones nostræ opinioni congruerent. Aquila enim & Theodotio & Symmachus ita posuerunt*, γυνὴ χάριτος, *id est*, mulier gratiosa; *& non* εὐχάριστος *quod ad actionem pertinet gratiarum.* Hic vides unam eamdemque Aquilæ & Symmachi lectionem proferri, nempe γυνὴ χάριτος, cum contra in Edit Romana & apud Drusium habeatur Σ. γυνὴ ἀγαθὴ, sive id cujuspiam lapsu factum sit; sive ex altera Symmachi Editione altera lectio allata fuerit. Vocem porro εὐχάριστος, in allato Hieronymi loco, in εὐχαριτὸς Codicis unius auctoritate mutavit quidam vir doctus; existimans Hieronymum hîc textum LXX. utpote mendosum corrigere voluisse, & pro εὐχάριστος, εὐχαριτὸς ponere. At præterquam quod vocem εὐχαριτὸς non novit Græca lingua; si recte mens Hieronymi accipiatur, nequaquam ille vocem εὐχάριστος repudiandam & mutandam esse opinatur; sed hic significare contendit, non *gratam*, id est, *gratias habentem* vel *agentem*; *sed*, gratiosam.

PROVERBIORUM CAP. XII.

אהב דעת 1. A. Σ. Θ. ἀγαπᾷ γνῶσιν. O. ἀγαπᾷ αἴσθησιν. Αλλος, ἀγαπηθήσεται.

טוב יפיק רצון מיהוה 2. A. ἀγαθὸς ὑπερεκχέει εὐδοκίαν παρὰ κυρίου. O. κρείσσων ὁ εὑρὼν χάριν παρὰ κυρίῳ.

לא־יכון אדם ברשע 3. A. Σ. οὐχ ἑτοιμασθήσεται ἄνθρωπος ἐν ἀσεβείᾳ. O. οὐ κατορθώσει ἄνθρωπος ἐξ ἀνόμου.

צדיקים O. δικαίων. Αλλος, εὐσεβῶν.

אשת חיל 4. Σ. γυνὴ εὐπορείας. O. γυνὴ ἀνδρεία. Θ. γυνὴ ἰσχύος.

בעלה O. ἐν ξύλῳ. Αλλος, ἐν ὀχυρώμασι.

תחבלות רשעים 5. O. κυβερνῶσι δὲ ἀσεβεῖς. Αλλ. καὶ ἐννοήματα ἀσεβῶν.

ארב־דם 6. A. Θ. ἐνεδρεύσουσιν εἰς αἷμα. O. λόγοι ἀσεβῶν δόλιοι. Αλλ. δόλιοι εἰς αἷμα.

ישרים A. Σ. Θ. εὐθείων. O. ὀρθῶν.

לפי שכלו יהלל־איש 8. Σ. κατὰ τὴν φρόνησιν αὐτοῦ ἐπαινεθήσεται ἀνήρ. O. στόμα συνετοῦ ἐγκωμιάζεται ὑπὸ ἀνδρός.

יהיה לבוז A. ἔσται εἰς ἐξουδένωσιν. Σ. ἔσται εἰς καταφρόνησιν. O. μυκτηρίζεται.

נקלה ועבד לו 9. Σ. ἄτιμος καὶ δουλεύων ἑαυτῷ.

1. Hebr. *A. S. Th. Vulg.* diligit scientiam. *LXX.* diligit sensum. *Alius*, diligetur.

2. *Heb.* Bonus educet benevolentiam a Domino. *A.* Bonus supereffundet benevolentiam a Domino. *LXX.* Melior qui invenit gratiam a Domino. *Vul. Qui bonus est, hauriet gratiam a Domino.*

3. *Heb.* Non erit stabilis homo in impietate. *A. S.* Non præparabitur homo in impietate. *LXX.* Non prosperabitur homo ex iniquo. *Vulg. Non roborabitur homo ex impietate.*

Hebr. LXX. Vulg. justorum. *Alius*, piorum.

4. *Heb.* mulier virtutis. *S.* mulier opulentiæ. *LXX.* mulier fortis. *Th.* mulier fortitudinis. *Vulg. mulier diligens.*

Heb. mariti sui. *LXX.* in ligno. *Alius*, in munitione. *Vul. viro suo.*

5. *Heb.* consilia callida impiorum. *LXX.* gubernant autem impii. *Alius*, & cogitationes impiorum. *Vulg. consilia impiorum.*

6. *Heb.* insidiari sanguini. *A. Th.* insidiabuntur in sanguinem. *LXX.* verba impiorum dolosa. *Alius*, dolosa in sanguinem. *Vulg. insidiantur sanguini.*

Hebr. A. S. Th. LXX. rectorum. *Vulg. justorum.*

8. *Heb.* Ad os intellectûs ipsius laudabitur vir. *S.* Secundum prudentiam suam laudabitur vir. *LXX.* Os intelligentis laudatur a viro. *Vulg. Doctrinâ suâ nôscetur vir.*

Hebr. erit in contemtum. *A.* erit in despectum. *S.* erit contemtui. *LXX.* subsannatur. *Vul. patebit contemptui.*

9. *Heb.* despectus, & servus sibi ipsi. *S.* in-

Ο. ἀνὴρ ἐν ἀτιμίᾳ δουλεύων ἑαυτῷ.

ממתכבר Σ. ἢ δοξαζόμενος. Ο. ἢ τιμὴν ἑαυτῷ περιτιθείς.

יודע 10. Α. Σ. Θ. γινώσκει. Ο. οἰκτείρει.

ורחמי Α. καὶ οἱ οἰκτιρμοί. Ο. τὰ δὲ σπλάγχνα.

ומרדף ריקים 11. Σ. ὁ δὲ ἐπισπεύδων εἰς ἀπραγίαν. Ο. οἱ δὲ διώκοντες μάταια. Α. Θ. κενά.

צדיקים 12. Ο. τῶν εὐσεβῶν. Ἄλλοι, τῶν δικαίων.

וגמול ידי־אדם 14. Α. Σ. Θ. καὶ ἀμοιβὴ χειρῶν αὐτοῦ. Ο. ἀνταπόδομα δὲ χειλέων αὐτοῦ.

ושמע לעצה 15. Σ. ὁ δὲ ἀκούων βουλῆς. Ο. εἰσακούει δὲ συμβουλίας.

יודע כעסו 16. Ο. ἐξαγγέλλει ὀργὴν αὐτοῦ. Ἄλλ. δηλώσει θυμὸν αὐτοῦ. Θ. γνωρίσει.

וכסה קלון Σ. ὁ δὲ σκέπων ἀτιμίαν αὐτοῦ. Ο. κρύπτει δὲ τὴν ἑαυτοῦ ἀτιμίαν. Θ. καὶ καλύπτων ὕβριν.

יפיח אמונה יגיד צדק 17. Σ. ἐκφαίνων πίστιν, ἀπαγγέλλει δικαιοσύνην. Ο. ἐπιδεικνυμένην πίστιν ἀπαγγέλλει δίκαιος.

ועד שקרים מרמה Α. ἐπίθεσις. Σ. μάρτυς ψευδὴς δόλος. Ο. ὁ δὲ μάρτυς τῶν ἀδίκων δόλιος.

יש בוטה כמדקרות 18. Σ... ὥσπερ κέντημα. Ο. εἰσὶν οἱ λέγοντες τιτρώσκουσι, μάχαιραι. Θ. ἔστι πεποιθὼς ἐν κεντήματι μαχαίρας.

תכון לעד 19. Α. Σ. Θ. ἑτοιμασθήσεται εἰς ἔτι. Ο. κατορθοῖ μαρτυρίαν.

ארגיעה Ο. ταχύς. Ἄλλος, θυμώδης.

חרשי 20. Α. Σ. Θ. τεκταινόντων. Ο. τεκταινομένου.

ליעצי Α. Θ. συμβουλεύουσιν. Ο. οἱ δὲ βουλόμενοι (εἰρήνην.)

שמחה Σ. εὐφραίνονται. Ο. εὐφρανθήσονται.

רצונו 22. Α. Σ. Θ. εὐδοκία. Ο. δεκτὸς παρ' αὐτοῦ.

ערום 23. Ο. συνετός. Ἄλλος, πανοῦργος.

כסה דעת Σ. καλύψει γνῶσιν. Ο. θρόνος αἰσθήσεως.

יקרא אולת Α. Θ. καλέσει ἀφροσύνην. Ο. συναντήσεται ἀραῖς.

glorius, & serviens sibi ipsi. *LXX.* vir in ignominia serviens sibi ipsi. *Vulg. pauper, & sufficiens sibi.*

Hebr. præ glorificante se. *S.* quam is qui glorificatur. *LXX.* quam honorem sibi circumponens. *Vulg. quam gloriosus.*

10. *Hebr.* cognoscens. *A. S. Th. Vulg.* novit. *LXX.* miseratur.

Heb. A. & miserationes. *LXX. Vulg.* viscera autem.

11. *H.* & sequens vacuos. *S.* qui autem festinat ad otium. *LXX.* qui autem persequuntur vana. *A. Th.* inania. *Vulg. qui autem sectatur otium.*

12. *H. Alii*, *Vulg.* justorum. *LXX.* piorum.

14. *Heb.* & retributionem manuum hominis. *A. S. Th.* & retributio manuum ejus. *LXX.* retributio autem labiorum ejus. *Vul. & juxta opera manuum suarum (retribuetur ei.)*

15. *Hebr.* & audiens consilium. *S.* audiens autem consilium. *LXX.* exaudit autem consilia *vel* consilium. *Vulg. audit consilia.*

16. *Heb.* cognoscetur ira ejus. *LXX.* enuntiat iram suam. *Alius*, manifestabit furorem suum. *Th.* notum faciet. *Vul. indicat iram suam.*

Hebr. & operiens ignominiam. *S.* qui vero tegit infamiam suam. *LXX.* abscondit autem ignominiam suam. *Th.* & abscondens contumeliam. *Vulg. qui autem dissimulat injuriam.*

17. *H.* efflabit veritatem, annuntiabit justitiam. *S.* qui patefacit fidem, annuntiat justitiam. *LXX.* planam fidem annuntiat justus. *Vul. qui quod novit loquitur, index justitiæ est.*

Heb. & testis mendaciorum dolus. *A.* fraus. *S.* testis mendax, dolus. *LXX.* testis autem iniquorum, dolosus. *Vul. qui autem mentitur, testis est fraudulentus.*

18. *H.* est effutiens ut confossiones. *S...* ut stimulus. *LXX.* sunt qui dicentes vulnerant, enses. *Th.* est qui confidit in mucrone gladii. *Vulg. Est qui promittit, & quasi gladio pungitur conscientiæ.*

19. *Heb. Vulg.* firmum erit in perpetuum. *A. S. Th.* firmabitur adhuc. *LXX.* dirigunt testimonium.

Hebr. quiescere faciam. *LXX.* velox. *Alius*, animosus. *Vulg. repentinus.*

20. *H. A. S. Th.* fabricantium. *LXX.* fabricantis. *Vulg. cogitantium.*

Heb. consiliariis. *A. Th.* consulentibus. *LXX.* qui autem volunt (pacem.) *Vul. qui autem (pacis) ineunt consilia.*

Hebr. lætitia. *S.* lætantur. *LXX.* lætabuntur. *Vulg. sequitur eos gaudium.*

22. *H.* voluntas ejus. *A. S. Th.* beneplacitum. *LXX.* acceptus apud eum. *Vulg. placent ei.*

23. *H. Alius*, callidus. *LXX.* intelligens. *Vul. versutus.*

H. operiens scientiam. *S.* operiet scientiam. *LXX.* thronus sensûs. *Vul. celat scientiam.*

Heb. prædicabit stultitiam. *A. Th.* vocabit stultitiam. *LXX.* occurret execrationibus. *Vul. provocat stultitiam.*

ידי־חרוצים תמשול 24. A. (χεὶρ) συντεμνόντων... Σ. χεὶρ πλουσίων ἐξουσιάσει. O. χεὶρ ἐκλεκτῶν κρατήσει. Θ. (χεὶρ) ἀνδρείων κυριεύσει.

24. *H.* manus solicitorum dominabitur. *A.* manus concidentium. *S.* manus divitum dominabitur. *LXX.* manus electorum dominabitur. *Th.* manus strenuorum dominabitur. *Vul. manus fortium dominabitur.*

למס A. Σ. εἰς φόρον. O. ἐν προνομῇ.

H. A. S. in tributum. *LXX.* in direptionem. *Vulg. tributis serviet.*

דאגה בלב־איש ישחנה 25. O. φοβερὸς λόγος καρδίαν ταράσσει ἀνδρὸς δικαίου. Θ. μέριμνα ἐν καρδίᾳ ἀνδρὸς κατίσχει αὐτόν.

25. *Heb.* Solicitudo in corde viri incurvabit illud. *LXX.* Terribilis sermo cor turbat viri justi. *Th.* Solicitudo in corde viri detinet illum. *Vulg. Mœror in corde viri humiliabit illum.*

יתר מרעהו צדיק 26. A. περισσεύων τοῦ πλησίον αὐτοῦ δίκαιος. O. ἐπιγνώμων δίκαιος ἑαυτοῦ φίλος ἔσται.

26. *Heb.* abundans præ sociis suis justus. *A.* abundans præ proximo suo justus. *LXX.* cognitor justus sui ipsius amicus erit. *Vulg. qui negligit damnum propter amicum, justus.*

Notæ & variæ Lectiones ad Cap XII. Proverbiorum.

v. 1. A. Σ. Θ. ἀγαπᾷ γνῶσιν. Sic Editio Romana & Drusius hanc & sequentes hujus Capitis lectiones exhibent.

v. 4. Σ. γυνὴ εὐποιΐας. Symmachus alibi חיל vertit πλοῦτος.

v. 17. A. ἐπίθεσις, respondet voci מרמה, quam sic vertere solet Aquila.

v. 23. Ἀλλ. πανοῦργος. Est fortasse Aquilæ, & Th. qui ita vertunt Gen. 3. 1.

PROVERBIORUM CAP. XIII.

בן חכם 1. A. Σ. Θ. υἱὸς σοφός. O. υἱὸς πανοῦργος.

1. HEb. A. S. Th. Vulg. filius sapiens. *LXX.* filius astutus.

מחתה־לו 3. O. πτοήσει ἑαυτόν. Θ. αἰσχύνη αὐτοῦ.

3. *Heb.* contritio ei. *LXX.* terrebit seipsum. *Th.* ignominia ejus. *Vulg. sentiet mala.*

מתאוה ואין נפשו עצל 4. Σ. ἐπιθυμεῖ, καὶ οὐ θέλει ὀκνηρός. O. ἐν ἐπιθυμίαις ἐστὶ πᾶς ἀεργός.

4. *Heb.* concupiscens, & non anima ipsius pigri. *S.* concupiscit, & non vult piger. *LXX.* in desideriis est omnis otiosus. *Vulg. vult & non vult piger.*

תדשן Σ. πιανθήσονται. O. ἐν ἐπιμελείᾳ.

H. Vulg. impinguabitur. *S.* impinguabuntur. *LXX.* in sedulitate.

ויחפיר 5. Σ. καὶ ἀτιμασθήσεται. O. καὶ οὐχ ἕξει παῤῥησίαν.

5. *H.* & pudore afficiet. *S.* & dedecore afficietur. *LXX.* & non habebit libertatem loquendi. *Vul. & confundetur.*

צדקה תצר תם־דרך 6. ※ δικαιοσύνη φυλάσσει ἀκάκους.

6. *H.* justitia custodiet perfectum via. ※ justitia custodit innocentes. *Vul. justitia custodit innocentis viam.*

ורשעה תסלף חטאת ※ τοὺς δὲ ἀσεβεῖς φαύλους ποιεῖ ἁμαρτία. Σ. ἀδικία δὲ ἐπισπάσεται ἁμαρτίαν.

Heb. & impietas pervertet peccatum. ※ impios autem pravos facit peccatum. *S.* injustitia autem attrahet peccatum. *Vulg. impietas autem peccatorem supplantat.*

מתרושש 7. Σ. πτωχευόμενοι. O. ταπεινοῦνται ἑαυτούς. Θ. πτωχοφανής.

7. *H.* depauperans se. *S.* qui se pauperes faciunt. *LXX.* humiliant se. *Th.* ementitus pauper. *Vulg. est quasi pauper.*

כפר 8. A. Σ. Θ. ἐξίλασμα. O. λύτρον.

8. *Hebr. LXX. Vul.* redemptio. *A. S. Th.* expiatio.

לא־שמע גערה A. Σ. Θ. ... ἐπιτίμησιν. O. οὐχ ὑφίσταται ἀπειλήν. Ἄλλος, οὐ φέρει.

Heb. non audivit increpationem. *A. S. Th.*... increpationem. *LXX.* non sustinet comminationem. *Alius*, non fert. *Vul. increpationem non sustinet.*

בזדון יתן מצה 10. A. Σ. Θ. ἐν ὑπερηφανίᾳ δώσει μάχην. O. μεθ᾽ ὕβρεως πράσσει κακά.

10. *Hebr.* in superbia dabit litem. *A. S. Th.* in superbia dabit pugnam. *LXX.* cum contumelia facit mala. *Vulg. inter superbos semper jurgia sunt.*

ואת־נועצים חכמה O. οἱ δὲ ἑαυτῶν ἐπιγνώμονες

Hebr. & cum consultis sapientia. *LXX.* qui

σοφοί. Θ. καὶ ἐν συμβουλευομένοις σοφία.

autem sui ipsorum cognitores sunt sapientes. *Th.* & in consultis sapientia. *Vulg. Qui autem agunt omnia cum consilio, reguntur sapientia.*

מהבל 11. Α. ἀπὸ ματαιότητος. Ο. ἐπισπουδαζομένη.

11. *Hebr. A.* a vanitate. *LXX. Vulg.* festinata.

יחבל 13. Ο. καταφρονηθήσεται. Αλλος, καταφθαρήσεται.

13. *Heb. Alius*, corrumpetur. *LXX.* contemnetur. *Vulg. ipse se in futurum obligat.*

ישלם Α. Σ. εἰρηνεύσει. Ο. ὑγιαίνει.

H. compensabitur. *A. S.* pace fruitur. *LXX.* sanus est. *Vulg. in pace versabitur.*

לסור ממקשי מות 14. Σ. Θ. τοῦ ἐκκλῖναι ἀπὸ σκανδάλου θανάτου. Ο. ὁ δὲ ἄνους ὑπὸ παγίδος θανεῖται.

14. *Hebr.* ad recedendum a laqueis mortis. *S. Th.* ad declinandum a scandalo mortis. *LXX.* stultus autem sub laqueo morietur. *Vul. ut declinet a ruina mortis.*

אולת 16. Α. Σ. Θ. ἀφροσύνην. Ο. κακίαν.

6. *Heb. A. S. Th. Vul.* stultitiam. *LXX.* nequitiam.

מלאך רשע 17. Α. Σ. Θ. ἄγγελος ἀσεβής. Ο. βασιλεὺς θρασύς.

17. *Heb. A. S. Th.* nuntius impius. *LXX.* rex audax. *Vulg. nuntius impii.*

וציר אמונים מרפא Α. Σ. ὅμηρος πίστεως ἴασις. Ο. ἄγγελος δὲ σοφὸς ῥύσεται αὐτόν. Θ. φύλαξ πίστεως ἴασις. Αλλος, ἄγγελος πίστεως ἰώμενος.

Heb. Et legatus veritatum sanitas. *A. S.* Obses fidei, medela. *LXX.* Nuntius autem sapiens liberabit eum. *Th.* Custos fidei, medela. *Alius*, Nuntius fidei sanans. *Vulg. Legatus autem fidelis, sanitas.*

ריש וקלון פורע מוכר 18. Σ. πενία καὶ ἀτιμία διαλύει παιδείαν. Ο. πενίαν καὶ ἀτιμίαν ἀφαιρεῖται παιδεία.

18. *Hebr.* Paupertas & ignominia deserenti eruditionem. *S.* Paupertas & ignominia dissolvit disciplinam. *LXX.* Paupertatem & ignominiam aufert disciplina. *Vul. Egestas & ignominia ei qui deserit disciplinam.*

ותועבת כסילים סור מרע 19. Α. βδέλυγμα δὲ ἀνοήτων ἀποστῆναι ἀπὸ κακοῦ. Ο. ἔργα δὲ ἀσεβῶν μακρὰν ἀπὸ γνώσεως.

19. *Hebr.* & abominatio stultorum recedere a malo. *A.* abominatio autem insipientium recedere a malo. *LXX.* opera autem impiorum longe a scientia. *Vulg. detestantur stulti eos, qui fugiunt mala.*

יחכם 20. Ο. σοφὸς ἔσῃ. (al. ἔσται.) Αλλος, σοφισθήσεται.

20. *Hebr. Vulg.* sapiens erit. *LXX.* sapiens eris. *Alius*, sapiens evadet.

רעה Ο. συμπορευόμενος. Αλλοι, συρρεμβόμενος. Αλλος, συμπλανώμενος.

Heb. pascens. *LXX.* qui simul ambulat. *Alii*, qui simul volvitur. *Al.* qui simul errat. *Vulg. amicus.*

ירוע Α. Θ. κακωθήσεται. Σ. κακουργηθήσεται. Ο. γνωσθήσεται.

Hebr. conteretur. *A. Th.* malo afficietur. *S.* damno afficietur. *LXX.* cognoscetur. *Vul. stultorum similis erit.*

ינחיל 22. Ο. κληρονομήσει. Αλλος, κληροδοτήσει.

22. *Heb.* hæreditare faciet. *LXX.* hæreditare faciet. *Alius*, sorte distribuet. *Vulg. relinquit hæredes.*

צפון Σ. πεφύλακται. Ο. θησαυρίζεται.

Hebr. recondita. *S.* custodita est. *LXX.* thesaurizatur. *Vul. custoditur.*

שחרו מוסר 24. Ο. ἐπιμελῶς παιδεύει. Αλλος, ὀρθρίζει αὐτῷ παιδείαν.

24. *Heb.* quæsivit diluculo ei correptionem. *LXX.* diligenter erudit. *Alius*, mane adhibet ei disciplinam. *Vul. instanter erudit.*

לשבע נפשו 25. Ο. ἐμπιπλᾷ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ. Αλλος, ἐμπίπλησι τὴν κοιλίαν αὐτοῦ.

25. *Hebr.* ad saturitatem animæ suæ. *LXX.* implet animam suam. *Alius*, implet ventrem suum. *Vul. replet animam suam.*

בטן Ο. ψυχαί. Αλλος, κοιλίαι.

Heb. Vulg. venter. *LXX.* animæ. *Alius*, ventres.

Notæ & variæ Lectiones ad Cap. XIII. Proverbiorum.

v. 1. Α. Σ. Θ. Sic Editio Romana & Drusius, & reliqua hujus Capitis.

v. 4. Σ. πιανθήσονται. Ο. ἐν ἐπιμελείᾳ. Quid si legendum dicamus ἐν πιμελείᾳ, *in pinguedine*: nam ἐν ἐπιμελείᾳ nihil affinitatis habet cum voce תדשן.

v. 6. Hic & sequens versiculus in uno Romanorum Exemplarium asterisco notabantur, utpote omissi in versione τῶν Ο.

v. 13. Αλλ. καταφθαρήσεται יחבל. Cant. 8. 5. vocem חבלת vertit Aquila διεφθάρη *corrupta est*; cujus est forte etiam hæc interpretatio.

PROVERBIORUM

PROVERBIORUM CAP. XIV.

בישרו 2. A. Σ. Θ. ἐν εὐθύτητι. O. ὀρθῶς.

חטר גאוה 3. O. βακτηρία ὕβρεως. Θ. ῥάβδιον ὑπερηφανίας.

תשמורם O. φυλάσσει αὐτούς. Ἄλλος, ἰᾶται.

באין אלפים אבוס בר ורב־תבואות בכח שור 4. A. ἐν τῷ μὴ εἶναι βόας, φατνιάζεται γέννημα ἐκλεκτόν. Σ. ἐν τῷ μὴ εἶναι βόας φάτνης γέννημα, καὶ πλῆθος γεννημάτων ἐν ἰσχύϊ μόσχου. O. οὗ μὴ εἰσὶ βόες, φάτναι καθαραί· οὗ δὲ πολλὰ γεννήματα, φανερὰ βοὸς ἰσχύς. Θ. ἐν ἰσχύϊ βοῶν φατνωθήσεται γέννημα, καὶ πλῆθος γεννημάτων ἐν δυνάμει ταύρου.

ויפיח 5. A. Σ. Θ. ἐκφαίνει. O. ἐκκαίει.

בקש־לץ חכמה ואין 6. A. ἐζήτησε χλευαστὴς σοφίαν, καὶ οὐκ ἔστιν. Σ. ἐζήτησε λοιμὸς σοφίαν, καὶ οὐκ ἔστι. O. ζητήσεις σοφίαν παρὰ κακοῖς, καὶ οὐχ εὑρήσεις.

דעת A. Σ. Θ. γνῶσις. O. αἴσθησις.

נקל O. εὐχερής. Θ. κούφη.

ובל־ידעת 7. A. Θ. καὶ οὐ μὴ γνῷς. O. ὅπλα δὲ αἰσθήσεως.

מרמה A. Θ. ἐπίθεσις. O. ἐν πλάνῃ.

אוילים יליץ אשם 9. A. Θ. ἄφρονας χλευάζει πλημμέλεια. Σ. ἄφρονες ἐκχλευάζουσι πλημμέλειαν. O. οἰκίαι παρανόμων ὀφειλήσουσι καθαρισμόν.

ובין ישרים רצון Σ. καὶ ἀναμέσον εὐθείων εὐδοκία. O. οἰκίαι δὲ δικαίων δεκταί.

יודע מרת נפשו 10. A. Θ. γινώσκει πικρίαν ψυχῆς αὐτοῦ. O. λυπηρὰ ψυχὴ αὐτοῦ.

ובשמחתו לא־יתערב זר Σ. καὶ ἐν τῇ εὐφροσύνῃ αὐτῆς οὐ συμμιγήσεται ἀλλοτρίοις. O. ὅταν δὲ εὐφραίνηται οὐκ ἐπιμίγνυται ὕβρει.

ואחריתה 12. A. Θ. ἔσχατα. O. τελευταῖα.

דרכי A. Σ. Θ. ὁδόν. O. ἔρχεται εἰς πυθμένα.

גם־בשחק יכאב־לב 13. Σ. ἀλλὰ καίγε ἐν γέλωτι πονέσει καρδία. O. ἐν εὐφροσύναις οὐ προσμίγνυται λύπη.

ואחריתה שמחה תוגה O. τελευταῖα δὲ χαρὰ

2. Hebr. in rectitudine sua. *A. S. Th.* in rectitudine. *LXX.* recte. *Vul. recto itinere.*

3. *Heb.* baculus superbiæ. *LXX.* baculi contumeliæ. *Th.* virgula superbiæ. *Vulg. virga superbiæ.*

Heb. LXX. Vulg. custodiunt eos. *Alius*, sanant.

4. *Hebr.* In non bobus præsepe mundum: & multitudo proventuum in potentia bovis. *A.* Cum non sunt boves, in præsepe ponitur proventus electus. *S.* Cum non sunt boves, præsepis fructus, & copia fructuum in robore vituli. *LXX.* Ubi non sunt boves, præsepia munda: ubi autem multa genimina, manifesta bovis virtus. *Th.* in multitudine boum, in præsepe reponetur fructus, & multitudo fructuum in virtute tauri. *Vulg. Ubi non sunt boves, præsepe vacuum est: ubi autem plurimæ segetes, ibi manifesta est fortitudo bovis.*

5. *Heb.* & efflabit. *A. S. Th.* effert. *LXX.* accendit. *Vulg. profert.*

6. *H. A.* Quæsivit irrisor sapientiam, & non est. *S.* Quæsivit pestilens sapientiam, & non est. *LXX.* Quæres sapientiam apud malos, & non invenies. *Vul. Quærit derisor sapientiam, & non invenit.*

Hebr. A. S. Th. scientia. *LXX.* sensus. *Vulg. doctrina.*

H. Th. levis. *LXX. Vulg.* facilis.

7. *H. A. Th.* & nescies. *LXX.* arma autem sensûs. *Vul. & nescit.*

8. *Hebr. A. Th.* dolus. *LXX.* in errore. *Vulg. errans.*

9. *Heb.* stultorum quisque palliabit delictum. *A. Th.* amentes irridet delictum. *S.* amentes irrident delictum. *LXX.* domus iniquorum debebunt mundationem. *Vulg. stultus illudet peccatum.*

Heb. S. & inter rectos benevolentia. *LXX.* domus autem justorum acceptabiles. *Vulg. & inter justos morabitur gratia.*

10. *Hebr.* cognoscens amaritudinem animæ suæ. *A. Th.* cognoscit amaritudinem animæ suæ. *LXX.* tristis anima ejus. *Vulg. novit amaritudinem animæ suæ.*

Hebr. & in lætitia ipsius non miscebitur alienus. *S.* & in lætitia sua non commiscebitur alienis. *LXX.* quando autem lætatur, non miscetur contumeliæ. *Vulg. in gaudio ejus non miscebitur extraneus.*

12. *H.* & novissimum ejus. *A. Th. LXX. Vulg.* novissima.

Hebr. viæ. *A. S. Th.* viam. *LXX.* vadunt in fundum. *Vul. deducunt.*

13. *H.* etiam in ridendo dolebit cor. *S.* sed etiam in risu dolebit cor. *LXX.* in lætitiis non admiscetur tristitia. *Vul. risus dolore miscebitur.*

H. & novissimum lætitiæ tristitia. *LXX.* no-

εἰς πένθος ἔρχεται. Ἄλλος, τὰ δὲ ἔσχατα αὐτῆς εὐφροσύνη κακή.

פתי יאמין לכל־דבר 15. Α. θελγόμενος. Σ. νήπιος. Ο. ἄκακος πιστεύει παντὶ λόγῳ.

יבין לאשרו Α. συνήσει ὃ βοήθημα αὐτοῦ. Ο. ἔρχεται εἰς μετάνοιαν.

קצר־אפים 17. Α. Σ. ἄφρων. Ο. ὀξύθυμος.

ואיש.מזמות ישנא Σ. συμβουλευτικός... Ο. φρόνιμος πολλὰ ὑποφέρει. Θ. ἀνὴρ διαβουλιῶν μισηθήσεται.

נחלו 18. Α. Σ. Θ. ἐκληρονόμησαν. Ο. μεριοῦνται.

אולת Ο. κακίαν. Ἄλλος, ἀφροσύνην.

יכתירו דעת Α. ἀναμενοῦσι γνῶσιν. Ο. κρατήσουσιν αἰσθήσεως. Θ. στεφθήσονται γνῶσιν.

הלא יתעו 22. Ο. πλανώμενοι. Θ. ἰδοὺ πλανηθήσονται.

עטרת חכמים עשרם 24. Α. Θ. στέφανος σοφῶν πλοῦτος αὐτῶν. Ο. στέφανος σοφῶν πανοῦργος.

אולת כסילים אולת Σ. ἡ δὲ ἀμαθία ἀνοήτων ἀφροσύνη. Θ. ἡ δὲ διατριβὴ ἀφρόνων κακή.

יראת 27. Ο. πρόσταγμα. Ἄλλοι, φόβος.

ממקשי Σ. Θ. σκανδάλων. Ο. ἐκ παγίδος.

ברב־עם 28. Α. Σ. Θ. ἐν πλήθει λαοῦ. Ο. ἐν πολλῷ ἔθνει.

באפס Σ. ἐν σπάνει. Ο. ἐν ἐκλείψει.

קצר־רוח 29. Ο. ὀλιγόψυχος. Ἄλλος, μικρόψυχος.

קנאה 30. Α. Σ. Θ. ζῆλος. Ο. καρδία αἰσθητική.

חרף 31. Α. Σ. ὠνείδισε. Ο. παροξύνει. Θ. ἐβλασφήμησε.

ומכבדו חנן אביון Σ. δοξάζει δὲ αὐτὸν ὁ ἐλεῶν πένητα. Ο. ὁ δὲ τιμῶν αὐτὸν ἐλεεῖ πτωχόν.

ידחה 32. Ο. ἀπωσθήσεται. Ἄλλος, ἀπολεῖται. Ἀλλ. ἐξωσθήσεται.

וחסה במותו צדיק Α. Σ. Θ. πέποιθεν ἐν τῷ θανάτῳ ἑαυτοῦ δίκαιος. Ο. ὁ δὲ πεποιθὼς τῇ ἑαυτοῦ ὁσιότητι δίκαιος.

בלב נבון תנוח 33. Α. Θ. ἐν καρδίᾳ συνετοῦ ἀναπαύσεται. Ο. ἐν καρδίᾳ ἀγαθῇ ἀνδρὸς σοφία.

תודע Α. Θ. γινώσκεται. Ο. διαγινώσκεται.

וחסד לאמים חטאת 34. Σ. ὄνειδος δὲ λαοῖς

vissime autem gaudium in luctum venit. *Alius*, novissima autem ejus lætitia mala. *Vulg. & extrema gaudii luctus occupat.*

15. *Heb.* simplex credet omni verbo. *A.* qui demulcetur. *S.* infans. *LXX. Vul.* innocens credit omni verbo.

H. intelliget ad gressum suum. *A.* intelliget auxilium suum. *LXX.* vadit ad pœnitentiam. *Vulg. dirigetur via ejus.*

17. *Hebr.* brevis naribus. *A. S.* stultus. *LXX. Vulg.* impatiens.

Heb. & vir machinationum odietur. *S.* consiliarius. *LXX.* prudens multa suffert. *Th.* vir consiliorum odietur. *Vul. & vir versutus odiosus est.*

18. *Hebr. A. S. Th.* hæreditate possederunt. *LXX.* divident. *Vulg. possidebunt.*

Hebr. Alius, Vulg. stultitiam. *LXX.* malitiam.

Hebr. imponent coronam sibi scientiam. *A.* expectabunt scientiam. *LXX.* tenebunt sensum. *Th.* coronabuntur scientia. *Vulg. expectabunt scientiam.*

22. *Hebr.* nonne errabunt. *LXX.* errantes *Th.* ecce errabunt. *Vulg. errant.*

24. *Heb. A. Th. Vulg.* corona sapientium divitiæ eorum. *LXX.* corona sapientium astutus.

דברי למואל 1. A. ῥητὰ Λαμμουὴλ. Σ. λόγοι Ιαμουήλ. Ο. οἱ ἐμοὶ λόγοι εἴρηνται ὑπὸ θεοῦ. Θ. ῥήματα Ρεβουήλ.

משא A. ἆρμα. Σ. καὶ οἱ λοιποὶ, λῆμμα. Ο. χρηματισμός.

חילך 3. Σ. τὴν ἰσχύν σου. Ο. σὸν πλοῦτον.

ודרכיך A. Σ. Θ. τὰ σὰ χρήματα. Ο. καὶ βίον.

למחות Ο. εἰς ὑστεροβουλίαν. Θ. εἰς μεταμέλειαν.

וישנה דין כל־בני־עני 5. A. Θ. καὶ ἀλλοιώσει κρίσιν υἱῶν πένητος. Ο. καὶ ὀρθὰ κρῖναι οὐ μὴ δύνωνται τοὺς ἀσθενεῖς.

לאובד 6. Σ. τῷ ἀπολλυμένῳ. Ο. τοῖς ἐν λύπαις.

ועמלו 7. Σ. καὶ τῶν κόπων αὐτῶν. Ο. καὶ τῶν πόνων.

1. HEb. Verba Lamuel. *A.* dicta Lammun. *S.* Verba Jamuel. *LXX.* mea verba dicta sunt a Deo. *Th.* Verba Rebuel *Vul. Verba Lamuelis.*

Heb. S. & Reliqui, assumptio. *A.* pondus. *LXX.* oraculum. *Vulg. visio.*

3. *Hebr.* facultatem tuam. *S.* fortitudinem tuam. *LXX.* divitias tuas. *Vulg. substantiam tuam.*

H. & vias tuas. *A. S. Th.* pecunias tuas. *LXX.* & vitam. *Vulg. & divitias tuas.*

Hebr. ad delendum. *LXX.* ad posterius consilium. *Th.* ad pœnitentiam. *Vulg. ad delendos.*

5. *Heb.* & mutet judicium omnium filiorum afflicti. *A. Th.* & commutabit judicium filiorum pauperis. *LXX.* & recta judicare non poterunt infirmos. *Vul. & mutent causam filiorum pauperis.*

6. *Heb.* pereunti. *S.* perdito. *LXX. Vul.* mœrentibus.

7. *Heb.* & laboris sui. *S.* & laborum ipsorum. *LXX.* & laborum. *Vulg. & doloris sui.*

לאלם 8. A. Σ. Θ. ἀλάλῳ. O. λόγῳ θεοῦ.
אל־דין כל־בני חלוף Σ. Εἰς κρίσιν πάντων υἱῶν ἀποιχομένων. O. καὶ κρῖνε πάντας ὑγιῶς.

8. *Heb. A. S. Th. Vul.* muto. *LXX.* verbo Dei.
Heb. ad judicium omnium filiorum transitûs. *S.* ad judicium omnium filiorum abeuntium. *LXX.* & judica omnes sane. *Vulg. & causis omnium filiorum qui pertranseunt.*

אביון 9. O. πένητα. Ἄλλος, πτωχόν.

9. *Hebr.* egeni. *LXX. Vulg.* pauperem. *Alius*, mendicum.

שלל 11. O. σκύλων. Ἄλλος, λαφύρων.

11. *Heb.* spolio. *LXX. Vul.* spoliis. *Alius*, manubiis.

כל ימי חייה 12. A. Σ. Θ. πάσας τὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς αὐτῆς. O. πάντα τὸν βίον. Ἄλλος, χρόνον.

12. *Heb. A. S. Th. Vul.* omnibus diebus vitæ suæ. *LXX.* per omnem vitam. *Alius*, tempus.

דרשה 13. A. Σ. Θ. ἐζήτησεν. O. μηρυομένη. Ἀλλ. εὑραμένη.

13. *Heb. A. S. Th. Vul.* quæsivit. *LXX.* filans. *Alius*, inveniens.

בחפץ A. Θ. ἐν βουλῇ. Σ. ἐν θελήματι. O. εὔχρηστον.

H. S. in voluntate. *A. Th.* in consilio. *LXX.* quod utile est. *Vulg. consilio.*

תביא לחמה 14. O. συνάγει δὲ αὕτη τὸν βίον. Ἄλλος, συνάγει δὲ αὐτῆς τὸν πλοῦτον.

14. *Heb.* adducet panem suum. *LXX.* congregat autem hæc vitam. *Alius*, congregat autem divitias suas. *Vulg. portans panem suum.*

בעוד לילה 15. A. Σ. Θ. ἔτι οὔσης νυκτός. O. ἐκ νυκτῶν.

H. 15. in adhuc nocte. *A. S. Th.* dum adhuc nox esset. *LXX.* de noctibus. *Vulg. de nocte.*

טרף O. βρώματα. Θ. σύνταξιν.

Heb. Vulg. prædam. *LXX.* escas. *Th.* constitutum.

חק Σ. πρόσταγμα. O. ἔργα.

Heb. statutum. *S.* præceptum. *LXX.* opera. *Vulg. cibaria.*

מתניה 17. A. Θ. τὸν νῶτον. O. ὀσφὺν αὐτῆς.

17. *Hebr. LXX. Vulg.* lumbos suos. *A. Th.* dorsum.

ותאמץ A. Θ. καὶ ἐκαρτέρωσε. Σ. καὶ ἐκραταίωσε. O. ἤρεισε.

Hebr. S. Vulg. & roboravit. *A. Th.* & corroboravit. *LXX.* firmavit.

סחרה 18. A. Σ. Θ. ἐμπορεία αὐτῆς. O. τὸ ἐργάζεσθαι.

18. *Heb.* circuitio ejus. *A. S. Th. Vulg.* negotiatio ejus. *LXX.* operari.

בכישור 19. A. Σ. Θ. ἀνδρέα. (f. ἀνδρεία) O. τὰ συμφέροντα.

19. *Hebr.* ad vestibulum. *A. S. Th. Vul.* fortia. *LXX.* utilia.

תמכו O. ἐρείδει. Ἄλλος, ἐκράτησε.

Hebr. Vulg. apprehenderunt. *LXX.* firmat. *Alius*, tenuit.

לבש 21. O. ἐνδεδυμένοι εἰσί. Ἄλλος, ἐνδιδύσκονται.

21. *H.* vestita *domus. LXX. Vulg.* vestiti sunt. *Alius*, vestiuntur.

מרבדים 22. A. Θ. περιστρώματα. Σ. ἀμφιτάποις. O. χλαίνας.

22. *Heb.* tapetia. *A. Th.* peristromata. *S.* amphitapetibus. *LXX.* chlænas. *Vulg. stragulatam vestem.*

נודע 23. Σ. γνωστός. O. περίβλεπτος.

23. *Hebr. S.* notus. *LXX.* conspicuus. *Vul. nobilis.*

עם זקני O. ἐν συνεδρίῳ μετὰ τῶν γερόντων. Ἀλλ. μετὰ τῶν πρεσβυτέρων.

Heb. Alius, cum senioribus. *LXX.* in concilio cum senibus. *Vulg. cum senatoribus.*

חגור 24. O. περιζώματα. Ἄλλος, ζώνην.

24. *Heb. Alius, Vulg.* cingulum. *LXX.* cingula.

בחכמה O. προσεχόντως. Ἄλλος, ἐν σοφίᾳ.

Heb. Alius, in sapientia. *LXX.* attente. *Vulg. sapientiæ.*

ותורת חסד על־לשונה 26. Σ. καὶ νόμος ἐπίχαρις τῇ γλώσσῃ αὐτῆς. O. καὶ τάξιν ἐστείλατο τῇ γλώσσῃ αὐτῆς. Θ. νόμος χάριτος ἐπὶ γλώσσῃ αὐτῆς.

26. *Hebr.* & lex misericordiæ super lingua ejus. *S.* & lex gratiosa linguæ ipsius. *LXX.* & statutum misit linguæ suæ. *Th.* lex gratiæ in lingua ejus. *Vul. & lex clementiæ in lingua ejus.*

ותשחק 25. A. Σ. Θ. γελάσεται. O. εὐφρανθήσεται.

25. *Heb. A. S. Th. Vulg.* ridebit. *LXX.* lætabitur.

צופיה הילכות 27. Σ. σκοπεύει πορείας. O. στεγναὶ διατριβαί.

27. *Heb.* speculans vias. *S.* speculatur incessus. *LXX.* constrictæ mansiones. *Vulg. consideravit semitas.*

ולחם עצלות O. σῖτα δὲ ὀκνηρά. Ἄλλος, ἄρτον ὀκνηείας.

Hebr. & panem pigritiæ. *LXX.* cibos autem pigros. *Alius*, panem pigritiæ. *Vulg. panem otiosa.*

ויאשרוה 28. A. Σ. Θ. καὶ ἐμακάρισαν αὐτήν. O. καὶ ἐπλούτησαν.

עשו חיל 29. O. ἐκτήσαντο πλοῦτον. Ἄλλοι, ἐποίησαν δύναμιν. Ἄλλοι, ἐποίησαν δυνατά.

אשה יראת־יהוה היא תתהלל 30. A. γυνὴ φοβουμένη κύριον αὐτὴ ὑμνηθήσεται. O. γυνὴ γὰρ συνετὴ εὐλογεῖται, φόβον δὲ κυρίου αὐτὴ αἰνείτω.

מפרי ידיה 31. A. Σ. Θ. ἀπὸ καρπῶν χειρῶν αὐτῆς. O. ἀπὸ καρπῶν χειλέων αὐτῆς.

ויהללוה בשערים מעשיה A. καὶ ὑμνήσουσιν αὐτὴν ἐν πύλαις ποιήματα αὐτῆς. Σ. . . αἰνείτω τὰ ἔργα αὐτῆς. O. καὶ αἰνείσθω ἐν πύλαις ὁ ἀνὴρ αὐτῆς.

28. *Hebr.* & beatificaverunt eam. *A. S. Th.* & beatam prædicaverunt eam. *LXX.* & ditati sunt. *Vulg. & beatissimam prædicaverunt eam.*

29. *Heb. Alii*, fecerunt virtutem. *LXX.* possederunt divitias. *Alius*, fecerunt possibilia. *Vulg. congregaverunt divitias.*

30. *H. A. Vul.* mulier timens Dominum ipsa laudabitur. *LXX.* mulier enim intelligens benedicitur, timorem vero Domini ipsa laudet.

31. *Hebr. A. S. Th. Vulg.* de fructu manuum suarum. *LXX.* de fructu labiorum ejus.

Hebr. Vulg. & laudent eam in portis opera ejus. *A.* & laudabunt eam in portis opera ejus. *S.*..... laudent opera ejus. *LXX.* & laudetur in portis vir ejus.

Notæ & variæ Lectiones ad Cap. XXXI. Proverbiorum.

v. 1. A. ῥητὰ λαμμουῶ &c. Sic Editio Romana & Drusius, qui sequentia item adtulerunt.

v. 11. Ἀλλ. λαφύρων. Videtur esse Aquilæ, qui sic solet vertere. Vide Lexica infra.

v. 26. O. ἐν τάξιν ἐστείλατο τῇ γλώσσῃ αὐτῆς. Non legitur in τοῖς O. Romanæ Editionis; sed in aliis quibusdam Exemplaribus habetur.

IN ECCLESIASTEN

MONITUM.

Colligendis restaurandisque Ecclesiastæ Lectionibus, hi maxime Libri cum Manuscripti tum editi subsidio fuêre.

Cod. Reg. 1890. *Undecimi sæculi membranaceus.*

Cod. Reg. 1990. *membranaceus decimi sæculi: est Olympiodori.*

Codex Regius 2435.

Cod. Reg. 2436. *bombycinus undecimi sæculi, qui est Procopii.*

Cod. item alius Olympiodori.

Hieronymi Commentarius in Ecclesiasten.

Editionis Romanæ & Drusii Notæ.

ECCLESIASTES, *Hebraïce* קהלת, κωελέθ.

CAPUT PRIMUM.

הבל הבלים 2. (A. ἀτμὶς ἀτμίδων. Σ. ἀτμὸς ἀτμῶν.) O. ματαιότης ματαιοτήτων.

מה־יתרון לאדם 3. A. Σ. τί πλέον ἀνθρώπῳ. O. τίς περίσσεια τῷ ἀνθρώπῳ.

עמלו שיעמל A. κόπῳ ᾧ ἐκοπίασεν. O. μόχθῳ αὐτοῦ ᾧ μοχθεῖ.

הארץ לעולם עמדת 4. Σ. γῆ αἰώνιος ἕστηκε. O. ἡ γῆ εἰς τὸν αἰῶνα ἕστηκε.

ואל־מקומו שואף 5. A. εἰς τὸν τόπον αὐτοῦ εἰσπνεῖ. Σ. Θ. εἰς τὸν τόπον αὐτοῦ ἐπαναστρέφει. O. καὶ εἰς τὸν τόπον αὐτοῦ ἕλκει.

הולך אל־דרום וסובב אל־צפון סובב סבב הולך הרוח ועל־סביבתיו שב הרוח 6. Σ. καταντᾷ. . . . .
O. πορεύεται πρὸς νότον, καὶ κυκλοῖ πρὸς Βοῤῥᾶν· κυκλοῖ κυκλῶν πορεύεται τὸ πνεῦμα, καὶ ἐπὶ κύκλους αὐτοῦ ἐπιστρέφει τὸ πνεῦμα.

והים איננו מלא אל־מקום שהנחלים הולכים שם הם שבים ללכת 7. Σ. καὶ ἡ θάλασσα οὐ πλημμυρεῖ· εἰς τὸν τόπον, ἀφ᾽ οὗ οἱ ποταμοὶ πορεύονται, καὶ ἐκεῖ αὐτοὶ ἀναστρέφουσιν. O. καὶ ἡ θάλασσα οὐκ ἔστιν ἐμπιπλαμένη· εἰς τὸν τόπον οὗ οἱ χείμαῤῥοι πορεύονται, ἐκεῖ αὐτοὶ ἐπιστρέφουσι τοῦ πορευθῆναι.

יגעים 8. A. κοπιῶσι. Σ. κοπώδεις. O. ἔγκοποι.

לא־יוכל איש לדבר Σ. ἀδύνατόν ἐστιν ἄνθρωπον ἐκνικῆσαι λέγοντα. O. οὐ δυνήσεται ἀνὴρ τοῦ λαλεῖν.

הוא שיהיה 9. Σ. τὸ ἐσόμενον ἔσται. O. τὸ γενησόμενον.

הוא שיעשה Σ. τὸ μέλλον ἔσται. O. τὸ ποιηθησόμενον.

חדש A. Σ. καινόν. O. πρόσφατον.

יש דבר שיאמר ראה־זה חדש הוא כבר היה לעלמים אשר היה מלפנינו 10. Σ. ἆρα ἐστί τι ὃ ἐρεῖ τις, (ἴδε τοῦτο καινόν ἐστι· καὶ ἤδη ἐγένετο ἐν τῷ αἰῶνι τῷ) πρὸ ἡμῶν. O. ὃς λαλήσει καὶ ἐρεῖ, ἴδε τοῦτο καινόν ἐστιν· ἤδη γέγονεν ἐν τοῖς αἰῶσι τοῖς γενομένοις ἀπὸ ἔμπροσθεν ἡμῶν.

עם שיהיו לאחרנה 11. Σ. παρὰ τοῖς ἐσομένοις

HEbr. LXX. Vul. vanitas vanitatum. *A. S.* vapor vaporum.

3. *Hebr.* Quid utilitatis homini. *A. S.* Quid amplius homini. *LXX.* Quid superest homini. *Vulg. Quid amplius habet homo.*

Heb. labore suo, quo laborabit. *A.* labore quo laboravit. *LXX. Vul.* labore suo, quo laborat.

4. *Heb.* terra in sæculum stans. *S.* terra æterna stat. *LXX.* terra in sæculum stat. *Vul. terra autem in æternum stat.*

5. *Hebr.* & ad locum suum anhelans. *A.* in locum suum aspirat. *S. Th. Vulg.* ad locum suum revertitur. *LXX.* & ad locum suum trahit.

6. *Heb.* Vadens ad Austrum, & circumiens ad Aquilonem, circumiens, circumiens, vadens spiritus, & super circuitus suos revertitur spiritus. *S.* Vadit ad meridiem, & circumit ad Boream: perambulans vadit ventus, & per quæ circumierat revertitur ventus. *LXX.* Vadit ad Austrum, & gyrat ad Aquilonem, gyrat gyrans, vadit spiritus, & in circulos suos revertitur spiritus. *Vulg. Gyrat per meridiem, & flectitur ad Aquilonem: lustrans universa in circuitu pergit spiritus, & in circulos suos revertitur.*

7. *Hebr.* & mare non ipsum plenum: ad locum, quo flumina euntia, illuc ipsa revertuntur ad eundum. *S.* & mare non redundat: in locum, a quo flumina manant, & illuc ipsa revertuntur. *LXX.* & mare non est impletum. Ad locum quo torrentes eunt, illuc ipsi revertuntur ad eundum. *Vulg. & mare non redundat: ad locum, unde exeunt flumina, revertuntur ut iterum fluant.*

8. *Heb. S.* laboriosa. *A.* laborant. *LXX.* onerosi. *Vulg. difficiles.*

Hebr. LXX. non poterit vir eloqui. *S.* impossibile est hominem vincere dicentem. *Vul. non potest eas homo explicare sermone.*

9. *Heb.* ipsum quod erit. *S. LXX. Vul.* quod futurum est.

Hebr. ipsum quod fiet. *S.* quod futurum est ut sit. *LXX. Vulg.* ipsum quod faciendum est.

Heb. A. S. Vulg. novum. *LXX.* recens.

10. *H.* Est verbum, quod dicat: Vide hoc novum ipsum, jam fuit in sæculis quæ fuerunt ante nos. *S.* Num est quidpiam quod dicet quis: Vide, hoc novum est? Et jam factum est in sæculo quod fuit ante nos. *LXX.* Qui loquetur, ac dicet: Vide, hoc novum est: jam fuit in sæculis, quæ fuerunt ante nos. *Vulg. Nec valet quisquam dicere: Ecce hoc recens est: jam enim præcessit in sæculis, quæ fuerant ante nos.*

11. *H.* cum iis qui erunt in posterum. *S.* apud

μετὰ ταῦτα. Ο. μετὰ τῶν γενησομένων εἰς τὴν ἐσχάτην.

eos qui erunt postea. *LXX.* cum eis qui futuri sunt in novissimo. *Vulg. apud eos qui futuri sunt in novissimo.*

ונתתי את־לבי 13. Σ. προεθέμην. Ο. καὶ ἔδωκα τὴν καρδίαν μου.

13. *H. LXX.* & dedi cor meum. *S.* proposui. *Vulg. & proposui in animo meo.*

לתור Α. ἐξερευνῆσαι. Ο. κατασκέψασθαι.

H. A. ad investigandum. *LXX.* considerandum. *Vulg. investigare.*

הוא ענין רע Α. Θ. τοῦτον περισπασμὸν πονηρόν. Σ. ταύτην ἀσχολίαν πονηράν. Ο. ὅτι περισπασμὸν πονηρόν.

H. hanc negotiationem malam. *A. Th.* hanc distractionem malam. *S.* hanc occupationem malam. *LXX.* Quoniam distractionem malam. *Vulg. Hanc occupationem pessimam.*

לענות Σ. ἀσχολεῖσθαι. Ο. περισπᾶσθαι.

H. ad affligendum se. *S. LXX. Vulg.* ut occuparentur.

הבל ורעות רוח 14. Α. Θ. ἀτμὸς καὶ νομὴ ἀνέμου. Σ. ἀτμὸς καὶ βόσκησις ἀνέμου. Ο. ματαιότης, καὶ προαίρεσις πνεύματος.

14. *H.* vanitas & pastio spiritûs. *A. S. Th.* vapor & pastio venti. *LXX.* vanitas & præsumptio spiritûs. *Vul. vanitas & afflictio spiritûs.*

וחסרון לא־יוכל להמנות 15. Σ. καὶ ὑστέρημα μὴ δυνάμενον ἀναπληρῶσαι ἀριθμόν. Ο. καὶ ὑστέρημα οὐ δυνήσεται ἀριθμηθῆναι.

15. *H.* & defectus non poterit numerari. *S.* & defectus non valens implere numerum. *LXX.* & imminutio non poterit numerari. *Vulg. & stultorum infinitus est numerus.*

עם־לבי 16. Α. Σ. μετὰ τῆς διανοίας μου. Ο. ἐν τῇ καρδίᾳ μου.

16. *H.* cum corde meo. *A. S.* cum animo meo. *LXX. Vulg.* in corde meo.

והוספתי חכמה Σ. καὶ ὑπερέβαλλον σοφίᾳ. Ο. προσέθηκα σοφίαν.

H. LXX. & addidi sapientiam. *S.* & superavi sapientiâ. *Vulg. & præcessi omnes sapientiâ.*

הללות 17. Α. πλάνας. Ο. παραβολάς. Θ. παραφοράς.

17. *H.* insanias. *A. Vulg.* errores. *LXX.* parabolas. *Th.* furores.

שגם־זה הוא רעיון רוח Ο. ὅτι καίγε τοῦτό ἐστι προαίρεσις πνεύματος. Αλλος, ὅτι περὶ τοῦτό ἐστι προαίρεσις πνεύματος.

H. quod etiam hoc ipsum confractio spiritûs. *LXX.* quia & hoc est præsumptio spiritûs. *Alius*, quoniam ad hoc est præsumptio spiritûs. *Vulg. quod in his quoque esset labor & afflictio spiritûs.*

מכאוב 18. Α. βάσανον. Ο. ἄλγημα.

18. *H. LXX.* dolorem. *A.* tormentum. *Vulg. laborem.*

Notæ & variæ Lectiones ad Cap. I. Ecclesiastæ.

Κωελέθ. Sic vocatur ab Origene.

v. 1. Α. ἀτμὶς ἀτμίδων &c. Sic Martianæus. Hieronymus sic habet: ABAL ABALIM *scriptum est, quod exceptis LXX. Interpretibus omnes similiter transtulerunt, ἀτμὶς ἀτμίδων, vel ἀτμῶν.* Eamdem vocem Hebraïcam uterque, Aquila nempe & Symmachus, solet vertere ἀτμὶς & ἀτμός.

v. 3. Α. Σ. τί πλέον ἀνθρώπῳ. Sic Drusius.

Ibid. Α. κόπῳ &c. Idem.

v. 4. Σ. γῆ αἰώνιος ἕστηκε. Sic unus Codex.

v. 5. Α. εἰς τὸν τόπον αὐτοῦ εἰσπνεῖ &c. Sic ex Hieronymo Martianæus. Verba Hieronymi sunt: *Pro eo autem quod Vulgatam Editionem sequentes posuimus*, ad locum suum ducit, *in Ebræo habet* SOEPH, *quod Aquila interpretatur* εἰσπνεῖ, *i. aspirat. Sym. vero & Theodot.* recurrit. Male in prius Editis Hieronymi legebatur προσέπνευσε, ut monet Martianæus, atque ex MSS. & ex Notis Romanæ Editionis comprobatur.

v. 6 Σ. καταντᾷ. Hanc unicam vocem Græce adfert Ed. Rom. Hieronymus Latine versum totum exprimit.

v. 7. Σ. καὶ ἡ θάλασσα οὐ πλημμυρεῖ &c. Ex Edit. Rom. & Drusio.

v. 8. Α. κοπιῶσι &c. Iidem.

Ibid. Σ. ἀδυνάτων &c. Iidem.

v. 9. Σ. τὸ ἐσόμενον &c. Iidem.

Ibid. Σ. τὸ μέλλον ἔσεσθαι. Iidem.

Ibid. Α. Σ. καινόν. Iidem.

v. 10. Σ. ἆρα ἐστί τι. Hæc priora verba & postrema in Editione Romana adferuntur, cætera uncinis inclusa supplentur. Hieronymus hunc Symmachi locum Latinè sic effert: *Putasne est qui possit dicere, Vide hoc novum est? Et jam factum est sæculo, quod fuit ante nos.*

v. 11. Σ. παρὰ τοῖς ἐσομένοις μετὰ ταῦτα. Drus. & Ed. Rom.

v. 13. Σ. προεθέμην. Iidem.

Ibid. Α. ἐξερευνῆσαι. Iidem.

Ibid. Α. Θ. τοῦτον περισπασμὸν πονηρὸν &c. Sic Martianæus ex Hieronymo, cujus hæc sunt verba. *Verbum* ANIAN *Aquila, Septuaginta & Theodotio* περισπασμὸν *similiter transtulerunt, quod in distentionem Latinus Interpres expressit, eo quod in varias sollicitudines mens hominis distenta lanietur. Symmachus vero* ἀσχολίαν, *id est*, occupationem, *transtulit.*

Ibid. Σ. ἀσχολεῖσθαι. Edit. Romana.

v. 14. Α. ἀτμὸς καὶ νομὴ ἀνέμου. Ex Edit. Rom. & ex Hieronymo, qui sic habet: ROUTH (*al.* ROOTH) *Aquila & Theodotio* νομὴν, *Symmachus* βόσκησιν *transtulerunt. LXX. autem Interpretes non Hebræum sermonem expressêre, sed Syrum, dicentes* προαίρεσιν. *Sive ergo* νομὴ, *sive* βόσκησις, *à pastione vocabulum est.* προαίρεσις *autem melius voluntatem, quam præsumtionem sonat.* Et infra: *Dicebat mihi Hebræus, quo Scripturas sanctas instituente perlegi, quod supra scriptum* ROOTH *verbum, magis in hoc loco afflictionem & malitiam, quam pastionem & voluntatem significaret.*

v. 15. Σ. καὶ ὑστέρημα &c. Drusius & Edit. Rom.

v. 16. Α. Σ. μετὰ τῆς διανοίας μου. Iidem.

Ibid. Σ. καὶ ὑπερέβαλλον σοφίᾳ. Iidem.

v. 17. Α. πλάνας. Θ. παραφοράς. Hoc postremum Drusius vertit *errores mentis*, & postea adjicit: *Aut furores & insanias. Hoc modo Santes interpretatur: Alibi est* περιφορὰς, *ut in LXX. Cohelet p. 7. 26. & versu 8.* יהולל περιφέρει, *quod circumlationem denotat.*

Ibid. Αλλ. ὅτι περὶ τοῦτο &c. Ed. Rom. & Drusius.

v. 18. Α. βάσανον. Iidem.

ECCLESIASTÆ CAP. II.

הבל 1. A. Σ. ἀτμός, vel ἀτμίς. O. ματαιότης.

לשחוק אמרתי מהולל 2. A. Εἶπα πλάνησιν. Σ. Εἶπα θόρυβον. O. Θ. Εἶπα περιφοράν.

מה-זה עשה Σ. τί αὐτὴ ποιεῖς. O. τί τοῦτο ποιεῖς.

תרתי בלבי 3. A. Σ. καὶ ἐνοήθην ἐν τῇ καρδίᾳ μου. O. καὶ κατεσκεψάμην εἰ ἡ καρδία μου.

ולבי נהג בחכמה Σ. ἵνα τὴν καρδίαν μου μετααγάγω εἰς σοφίαν. O. καὶ καρδία μου ὡδήγησεν ἐν σοφίᾳ.

אי-זה טוב Σ. ποῖον τὸ σύμφορον. O. ποῖον τὸ ἀγαθόν.

הגדלתי מעשי 4. O. ἐμεγάλυνα ποίημά μου. Ἄλλος, μεγάλα ἐποίησά μοι ἔργα.

עשיתי לי ברכות 6. A. λίμνας. Σ. δεξαμενάς. O. κολυμβήθρας.

כנסתי לי 8. Σ. ἠθροίσα ἐμαυτῷ. O. συνήγαγόν μοι.

סגלת A. οὐσίας. Σ. πεκούλια. O. περιουσιασμούς.

תענגות A. τρυφάς. Σ. σπατάλας. O. ἐντρυφήματα.

שדה ושדות A. κυλίκιον καὶ κυλίκια. Σ. [μέτρων σχήματα καὶ ἐπιθήματα.] O. οἰνοχόον καὶ οἰνοχόας.

גדלתי 9. Σ. μεγέθει ὑπερέβαλον. O. ἐμεγαλύνθην.

לפני Σ. ἀπὸ ἔμπροσθεν ἐμοῦ. O. ἀπὸ ἔμπροσθέν μου.

שאלו 10. Σ. ἐπεθύμησαν. O. ᾔτησαν.

מכל-עמלי Σ. ἐκ πάσης φιλοπονίας μου. O. ἀπὸ παντὸς μόχθου μου.

ובעמל שעמלתי לעשות 11. Σ. καὶ τὸν πόνον ὃν ἐπόνησα διαπεραιούμενος. O. καὶ ἐν μόχθῳ ᾧ ἐμόχθησα τοῦ ποιεῖν.

הבל ורעות רוח A. ἀτμὸς καὶ νομὴ ἀνέμου. O. ματαιότης, καὶ προαίρεσις πνεύματος.

והוללות 12. A. Σ. καὶ πλάνην. O. καὶ περιφοράν.

מה האדם שיבוא אחרי המלך A. τί δὲ ὁ ἄνθρωπος, ἵνα παρακολουθήσῃ βουλῇ. Σ. . . . . . O. ὅτι τίς ἄνθρωπος, ὃς ἐπελεύσεται ὀπίσω τῆς βουλῆς.

1. Hebr. LXX. Vulg. vanitas. *A. S.* vapor.

2. *Heb.* Risui dixi, insane. *A.* dixi errorem. *S.* dixi tumultum. *LXX. Th.* dixi circumlationem. *Vul. Risum reputavi errorem.*

Hebr. LXX. quid hoc facis? *S.* quid ipsa facis? *Vul. quid frustra deciperis?*

3. *Hebr.* investigavi in corde meo. *A. S.* & cogitavi in corde meo. *LXX.* & consideravi, si cor meum. *Vulg. cogitavi in corde meo.*

Heb. & cor meum ducens in sapientia. *S.* ut cor meum traducam ad sapientiam. *LXX.* & cor meum deduxit in sapientia. *Vulg. ut animum meum transferrem ad sapientiam.*

Hebr. ubi hoc bonum? *S.* quod utile. *LXX.* quid sit bonum. *Vul. quid esset utile.*

4. *Hebr. Vulg.* Magnificavi opera mea. *LXX.* Magnificavi opus meum. *Alius*, Magna feci mihi opera.

6. *H. LXX.* Feci mihi piscinas. *A.* (Feci mihi) stagna. *S.* receptacula aquarum. *Vul. & extruxi mihi piscinas.*

8. *Heb. S. Vul.* coacervavi mihi. *LXX.* congregavi mihi.

Hebr. peculium. *A. Vul.* substantias. *S.* pecculia. *LXX.* opes.

Hebr. A. S. Vulg. delicias. *LXX.* lautitias.

Heb. captivam & captivas. *A.* parvum calicem & calices. *S.* mensurarum species & appositiones. *LXX.* ministrum & ministras vini. *Vul. scyphos & urceos in ministerio ad vina fundenda.*

9. *Hebr. LXX.* magnificatus sum. *S.* magnitudine superavi. *Vul. & supergressus sum.*

Heb. Vulg. ante me. *S. LXX.* ab ante me.

10. *Hebr. LXX.* postulaverunt. *S. Vulg.* desideraverunt.

Hebr. de omni labore meo. *S.* ex omni industria mea. *LXX.* ab omni labore meo. *Vulg. si uterer labore meo.*

11. *Heb.* & ad laborem quo laboravi ad faciendum. *S.* & laborem, quem laboravi perficiens. *LXX.* & in labore, quo laboraveram faciendo. *Vul. & ad labores, in quibus frustra sudaveram.*

Heb. vanitas & pastio spiritus. *A.* vapor & pastio venti. *LXX.* vanitas & præsumptio spiritûs. *Vulg. vanitatem & afflictionem animi.*

12. *Hebr.* & stultitias. *A S.* & errorem. *LXX.* & væsaniam. *Vulg. erroresque.*

H. quid homo qui venturus est post regem? *A.* quid vero est homo ut sequatur consilium? *S.* qui possit ire post regem? *LXX.* quoniam quis est homo, qui ingrediatur ad consilium? *Vul. quid est, inquam, homo, ut sequi possit regem?*

H

מן הסכלות 13. Σ. ὑπὲρ τὴν ἀμαθίαν. Ο. ὑπὲρ τὴν ἀφροσύνην.

13. *Hebr. LXX.* super stultitiam. *S.* super inscitiam. *Vul.* (*præcederet sapientia*) *stultitiam.*

ולמה חכמתי 15. Σ. καὶ εἰς τί μοι ἡ σοφία μου. Ο. καὶ ἱνατί ἐσοφισάμην ἐγώ.

15. *H.* & ut quid sapui? *S.* & ad quid mihi sapientia mea? *LXX.* & ut quid sapiens factus sum ego? *Vulg. Quid mihi prodest quod majorem sapientiæ dedi operam?*

רע עלי המעשה שנעשה 17. Σ. κακὸν γάρ μοι ἐφάνη τὸ ἔργον τὸ γινόμενον. Ο. ὅτι πονηρὸν ἐπ' ἐμὲ τὸ ποίημα τὸ πεποιημένον.

17. *Hebr.* malum super me opus quod fit. *S.* malum enim mihi visum est opus quod fit. *LXX.* quia malum super me opus quod factum est. *Vulg. videntem mala universa esse.*

וישלט 19. Α. Σ. κυριεύσει. Ο. καὶ εἰ ἐξουσιάζεται.

19. *Hebr.* & auctoritatem habebit. *A. S. Vul.* & dominabitur. *LXX.* & an potestatem habeat.

שעמלתי Σ. εἰς ὃν (ἐμόχθησα.) Ο. ᾧ ἐμόχθησα.

Heb. LXX. quo laboravi. *S.* in quem laboravi. *Vul. quibus desudavi.*

וסבתי 20. Σ. περιῆλθον. Ο. καὶ ἐπέστρεψα.

20. *Hebr.* & versus sum. *S.* & circumverti me. *LXX.* & conversus sum. *Vul. unde cessavi.*

ליאש Ο. ἀποτάξασθαι. Ἄλλος, ἀποκαμεῖν.

Hebr. ad desperare faciendum. *LXX.* ut renuntiarem. *Alius*, labori succumberet (cor meum) *Vul. renuntiavitque* (*cor meum.*)

בכשרון 21. Σ. ἐν γοργότητι. Ο. ἐν ἀνδρείᾳ.

21. *H.* in rectitudine. *S.* in sollicitudine. *LXX.* in virtute. *Vulg. sollicitudine.*

רעה Σ. κάκωσις. Ο. πονηρία.

Hebr. Vul. malum. *S.* afflictio. *LXX.* nequitia.

כי מה־הוה 22. Σ. ὅτι γὰρ περιγέγονεν. Ο. ὅτι γίνεται.

22. *Hebr.* quia quid existens. *S.* quia enim superfuit. *LXX.* quia fit. *Vul. quid enim proderit?*

מכאבים וכעס 23. Α. βάσανος καὶ θυμός. Ο. ἀλγημάτων καὶ θυμοῦ.

23. *Hebr.* dolores & ira. *A.* tormentum & ira. *LXX.* dolorum & iracundiæ. *Vul. doloribus & ærumnis.*

בעמלו 24. Σ. ἀπὸ κόπου αὐτοῦ. Ο. ἐν μόχθῳ αὐτοῦ.

24. *Heb. LXX.* in labore suo. *S.* a labore suo. *Vul. de laboribus suis.*

יחוש 25. Α. φείσεται. Σ. ἀναλώσει. Ο. τίς πίεται.

25. *H.* sentiet. *A.* parcet. *S.* consumet. *LXX.* quis bibit. *Vul. deliciis affluet.*

שטוב לפניו 26. Σ. ἀρέσκοντι αὐτῷ. Ο. τῷ ἀγαθῷ πρὸ προσώπου αὐτοῦ.

26. *Hebr.* qui bonus ante eum. *S.* qui ei placet. *LXX.* bono ante faciem ejus. *Vulg. bono in conspectu suo.*

ענין Σ. ἀδολεσχίαν. C. περισπασμόν.

Heb. negotium. *S.* occupationem. *LXX.* distractionem. *Vulg. afflictionem & curam superfluam.*

לאסוף לכנוס Α. τοῦ συλλέγειν καὶ τοῦ συναγαγεῖν. Σ. ἀθροίσαι καὶ ἀποθέσθαι. Ο. τοῦ προσθεῖναι καὶ τοῦ συναγαγεῖν.

Heb. A. ad colligendum ad congregandum. *S.* coacervandi & deponendi. *LXX.* ut augeat & congreget. *Vulg. ut addat & congreget.*

לתת לטוב לפני האלהים Σ. ἵνα δοθῇ ἐκείνῳ ᾧ ἀρέσει τῷ θεῷ. Ο. τοῦ δοῦναι τῷ ἀγαθῷ πρὸ προσώπου τοῦ θεοῦ.

Hebr. ad dandum bono in conspectu Dei. *S.* ut detur ei, cui Deo placebit. *LXX.* ad dandum bono ante faciem Dei. *Vulg. & tradat ei qui placuit Deo.*

Notæ & variæ Lectiones ad Cap. II. Ecclesiastę.

V. 1. Α. Σ. ἀτμόν. Vide cap. 1. v. 2.

V. 2. Α. εἶπα πλάνησιν. Sic Martianæus ex Hieronymo, cujus hæc sunt verba: *Ubi nos amentiam legimus, in Hebræo habet* MOLAL, *quod Aquila* πλάνησιν, *i.* errorem: *Sym.* θόρυβον, *hoc est*, tumultum *interpretati sunt. LXX. vero & Theod. sicut in pluribus locis, ita hic quoque concordant, & transtulerunt* περιφοράν, *quam nos verbum de verbo exprimentes*, circumlationem *possumus dicere.*

Ibid. Σ. τί αὐτὴ &c. Drusius ex Editione Romana de more.

V. 3. Α. Σ. καὶ ἐνοήθην &c. Idem.

Ibid. Σ. ἵνα τὴν καρδ- &c. Idem.

Ibid. ποῖον τὸ &c. Idem.

V. 4. Ἀλλ. μεγάλα &c. Idem.

V. 6. Α. λίμνας &c Idem.

V. 8. Σ. ἠθροίσα &c. Idem.

Ibid. Α. οὐσίας. Σ. πεκούλια. Idem. *Peculia*, vox Latina, jam usu apud Græcos recepta tempore Symmachi.

Ibid. Α. τρυφὰς &c. Idem.

Ibid. Α. κυλίκιον καὶ κυλίκια. Hieronymus. Σ. μέτρων σχήματα καὶ ἐπιθήματα. Sic Symmachi lectionem expressit Martianæus noster. Hieronymi verba sunt: *Nam de vini fusoribus, & vini fusitricibus: (ad distinctionem quippe nunc masculini, fœminino genere volui declinare, quod Latinus sermo non recipit) aliud multo quam in promtu est, Aquila interpretatur. Non enim homines, viros videlicet & fœminas, sed vasculorum species nominavit,* κυλίκιον *&* κυλίκια *vocans, quod Hebraïcè dicitur* SADDA *&* SADDOTH. *Denique Symmachus,*

licèt verbum non potuerit exprimere de verbo, ab hac opinione non longe est, dicens Mensurarum species & appositiones. *Sive igitur urceos, sive scyphos, sive crateras, qui in ministeriis ordinantur, auro gemmisque distinctos, Salomonem habuisse credendum est: & quod ex uno* κυλικίῳ, *id est,* cratere, *aliis* κυλικίοις, *minoribus scilicet vasculis, hauriretur: & per ministrorum manus potantium vinum turba susciperet.*

v. 9. Σ. μεγέθει ὑπερέβ- Drusius.

Ibid. Edit. Rom. καὶ προσέθηκα σοφίαν παρὰ πάντας. Ubi Hieronymus: S. *& adjeci sapientiam super omnes.* Hoc supra omissum est.

Ibid. Σ. ἀπὸ ἔμπροσθεν ἐμοῦ. Idem.

v. 10. Σ. ἐπεθύμησαν. Idem.

Ibid. Σ. ἐκ πάσης φιλοπονίας. Idem.

v. 11. Σ. καὶ τὸν πόνον &c. Idem.

Ibid. A. Σ. ἀτμὸς καὶ νομὴ ἀνέμου. Idem ut supra.

v. 12. A. Σ. καὶ πλάνην. Hæc respondent haud dubie voci והוללות ut recte suspicatus est Drusius. LXX habent παραφοράν, sed in quibusdam Exemplaribus legebatur περιφοράν, cum scholio ad marg. παραφοράν, ut monetur in Edit. Romana. Eodem versu 12. O. τὰ ὅσα ἐποίησεν αὐτόν. Hieronymus, S. *ante factorem suum.*

Ibid. Σ. τί γὰρ ὁ ἄνθρωπος &c. Drusius.

v. 13. Σ. ὑπὲρ τὴν ἀμαθίαν. Idem.

v. 15. Σ. καὶ εἰς τί μοι &c. Idem.

v. 17. Σ. κακὸν γάρ μοι &c. Idem.

v. 19. A. Σ. κυριεύσει. Idem.

Ibid. Σ. εἰς ὅν. Edit. Romana. Addas haud dubie ἐμόχθησα: nam εἰς ὃν adfertur, quia in eo solum differebat à LXX.

v. 20. Σ. περιήχθην. Drusius.

Ibid. Ἄλλος, ἀποκαμεῖν. Idem.

v. 21. Σ. ἐν γοργότητι. Editio Romana illud quasi scholion adfert; sed est haud dubie Symmachi, ut infra cap. 4. v. 4.

Ibid. Σ. κάκωσις. Sic unus Codex Regius. Ita solet Symmachus vertere. Vide Lexicon Græcum.

v. 22. Σ. ὅτι γὰρ &c. Drusius.

v. 23. A. βάσανος καὶ θυμός. Hæc Editio Romana sine Interpretis nomine adfert. Sed est, ut videtur, Aquilæ, ut supra c. 1. v. 18.

v. 24. Σ. ἀπὸ κόπου. Drusius.

v. 25. A. φείσεται &c. Idem.

v. 26. Σ. ἀρέσαντι &c. Idem.

Ibid. Σ. ἀσχολίαν. Idem.

Ibid. A. τοῦ συλλέγειν &c. Idem.

Ibid. Σ. ἵνα δοθῇ &c. Idem ex Edit. Rom. ut solet.

ECCLESIASTÆ CAP. III.

לכל זמן 1. Σ. παντὶ ὥρα. O. τοῖς πᾶσιν ὁ χρόνος.

לכל־חפץ Σ. πάσης χρείας. O. τῷ παντὶ πράγματι.

לעקור 2. Σ. ἐκριζῶσαι. O. ἐκτῖλαι.

להשליך אבנים 5. O. βαλεῖν λίθους. Ἄλλος, ῥῖψαι λίθους.

לאהב 8. A. τοῦ ἀγαπᾶν. O. τοῦ φιλῆσαι.

יפה בעתו 11. Σ. καλὸν ἕκαστον ἐν καιρῷ ἰδίῳ. O. καλὰ ἐν καιρῷ αὐτοῦ.

גם את־העלם A. καίγε σὺν τὸν αἰῶνα. O. καίγε σύμπαντα τὸν αἰῶνα.

מבלי אשר לא־ימצא האדם A. ὡς οὐχ εὑρήσει ἄνθρωπος. O. ὅπως μὴ εὕρῃ ἄνθρωπος.

יהיה 14. Σ: διαμενοῦσι. O. ἔσται.

והאלהים יבקש את־נרדף 15. Σ. ὁ δὲ θεὸς ἐπιζητήσει ὑπὲρ τῶν ἐκδιωκομένων. O. καὶ ὁ θεὸς ζητήσει τὸν διωκόμενον.

מקום הצדק 16. A. τόπον τῆς δικαιοσύνης. O. τόπον τοῦ δικαίου.

לכל־חפץ 17. A. πάσης χρείας. O. τῷ παντὶ πράγματι.

לברם האלהים ולראות 18. Ἄλλος, τοῦ ἐλέγξαι αὐτοὺς ὁ θεός, καὶ τοῦ δεῖξαι αὐτοῖς. O. ὅτι διακρινεῖ αὐτοὺς ὁ θεός, καὶ τοῦ δεῖξαι.

מקרה 19. Σ. σύμβαμα. O. συνάντημα.

ורוח אחד לכל Σ. καὶ ἀναπνοὴ ὁμοία πᾶσιν. O. καὶ πνεῦμα ἓν τοῖς πᾶσιν.

ומותר האדם מן־הבהמה אין Σ. καὶ τί πλέον

1. Hebr. Omnibus tempus. *S.* Omnis rei tempus. *LXX.* Omnibus tempus. *Vulg. Omnia tempus habent.*

Heb. omni voluntati. *S.* omnis negotii. *LXX.* omni rei. *Vul. & suis spatiis transeunt universa.*

2. *Hebr. LXX. Val* evellendi. *S.* eradicandi.

5. *Heb. Alius,* projiciendi lapides. *LXX.* mittendi lapides. *Vul. spargendi lapides.*

8. *Heb. A.* diligendi. *LXX.* amandi. *Vulg. dilectionis.*

11. *Heb.* pulcrum in tempore suo. *S.* pulcrum unumquodque in tempore suo. *LXX. Vul.* bona in tempore suo.

Hebr. etiam sæculum. *A.* & quidem sæculum. *LXX.* & quidem omne sæculum. *Vul. & mundum.*

H. propter quod non inveniet homo. *A.* ut non inveniet homo. *LXX. Vul.* ut non inveniat homo.

14. *H.* erit. *S. Vul.* perseverent. *LXX.* erunt.

15. *Heb.* Et Deus requiret consequentem. *S.* Deus autem requiret super persequentibus. *LXX.* Et Deus quærit eum qui persecutionem patitur. *Vulg. Et Deus instaurat quod abiit.*

16. *H. A.* locum justitiæ. *LXX.* locum justi. *Vulg. in loco justitiæ.*

17. *H.* omni voluntati. *A.* omnis necessitatis. *LXX.* omni rei. *Vulg. omnis rei.*

18. *Heb.* ad purgandos eos Deus, & ad videndum. *Alius,* ut redargueret eos Deus, & ut ostenderet eis. *LXX.* quia separabit illos Deus, & ut ostendat. *Vul. ut probaret eos Deus, & ostenderet.*

19. *H. S. LXX.* eventus. *Vulg. interitus.*

Hebr. LXX. & spiritus unus omnibus. *S.* & respiratio similis omnibus. *Vul. & similiter spirant omnia.*

H. & præstantia hominis præ animali non. *S.*

ἄνθρωπος κτήνους. Ο. καὶ τί ἐπερίσσευσεν ὁ ἄνθρωπος παρὰ τὸ κτῆνος. Θ. καὶ τίς περισσεία τῷ ἀνθρώπῳ.

הולך 20. ※ πορεύεται.

מן העפר Σ. ἀπὸ τῆς γῆς. Ο. ἀπὸ τοῦ χοός.

כי מי יביאנו לראות במה שיהיה אחריו 22. Σ. τίς γὰρ αὐτὸν ἄξει θεάσασθαι τὰ ἐσόμενα μετὰ ταῦτα; Ο. ὅτι τίς ἄξει αὐτὸν τοῦ ἰδεῖν ἐν ᾧ ἐὰν γένηται μετ' αὐτόν;

& quid amplius homo bestia. *LXX.* & quid abundavit homo a pecore. *Th.* & quæ præstantia homini. *Vulg. & nihil habet homo jumento amplius.*

20. *Heb.* vadens ※ vadit. *Vul. pergunt.*

Heb. LXX. de pulvere. *S. Vul.* de terra.

22. *H.* Quia quis adducet eum ad videndum in illud quod erit post eum? *S.* Quid enim eum adducet ad spectandum quæ futura sunt postea? *LXX.* Quia quis adducet eum ut videat in illud quod futurum est post ipsum? *Vulg. Quis enim eum adducet, ut post se futura cognoscat?*

Notæ & variæ Lectiones ad Cap. III. Ecclesiastæ.

v. 1. Σ. παντὸς ὥρα. Drusius ex Editione Romana, ut & reliqua usque ad versum undecimum.

v. 11. A. καί γε σὺν τὸν αἰῶνα. Hæc in Codice uno Regio annotantur ex Olympiodoro: καί γε σὺν τὸν αἰῶνα ἔδωκεν. τὸ, σὺν, ἰδίωμά ἐστιν Ἑβραϊκὸν παρερριμμένως κείμενον ἐν τῇ Ἑβραϊκῇ φωνῇ. i. καίγε σὺν τὸν αἰῶνα *edidit (Aquila). Illud,* σὺν, *est proprietas Hebraïca, quod interjectionis loco ponitur in Hebraïca lingua.*

Ibid. A. ὡς οὐχ &c. Drusius.

v. 14. Σ. διαμενεῖ. Idem.

v. 15. Σ. ὁ δὲ θεὸς &c. Idem.

v. 16. A. τόπον τῆς δικαιοσύνης. Ex Edit. Romana & Drusio: pariterque sequentes hujus Capitis lectiones.

v. 20. ※ πορεύεται. Hieronymus: S. *Omnia vadunt ad locum unum.*

ECCLESIASTÆ CAP. IV.

העשקים 1. Σ. τοὺς συκοφαντουμένους. Ο. τὰς συκοφαντίας.

דמעת Σ. δάκρυα. Ο. δάκρυον.

מנחם Σ. παρηγορῶν. Ἄλλος, παραμυθούμενος. Ο. παρακαλῶν.

ושבח אני 2. Σ. καὶ ἐμακάρισα. Ο. καὶ ἐπῄνεσα.

המעשה הרע אשר נעשה 3. Σ. τὰ κακὰ ἔργα τὰ γινόμενα. Ο. πᾶν τὸ ποίημα τὸ πονηρὸν τὸ πεποιημένον.

ואת כל-בשרון 4. Σ. σύμπασαν γοργότητα. Ο. σύμπασαν ἀνδρίαν.

חבק את-ידיו 5. Σ. περιπλέκεται ταῖς χερσὶν αὐτοῦ. Ο. περιέβαλε τὰς χεῖρας αὐτοῦ.

נחת 6. Σ. μετὰ ἀναπαύσεως. Ο. ἀναπαύσεως.

ממלא חפנים Σ. πληρώματα ἀμφοτέρων χειρῶν. Ο. ὑπὲρ πληρώματα δύο δρακῶν.

ורעות רוח Σ. καὶ κακώσεως πνεύματος. Ο. καὶ προαιρέσεως πνεύματος.

ושבתי אני ואראה 7. Σ. καὶ πάλιν ἀναστρέψας κατέμαθον. Ο. καὶ ἐπέστρεψα ἐγὼ καὶ εἶδον.

ואין שני 8. Σ. καὶ οὐ μὴ ἔσται δεύτερος. Ο. καὶ οὐκ ἔστι δεύτερος.

קץ A. τέλος. Ο. περασμός.

מטובה Σ. ἀγαθοῦ. Ο. ἀπὸ ἀγαθωσύνης.

ענין Σ. ἀσχολία. C. περισπασμός.

1. Heb. oppressos. *S.* calumniam sustinentes. *LXX. Vul.* calumnias.

Heb. LXX. lachryma. *S. Vul.* lacrymas.

Heb. S. Alius, LXX. consolator. *Vulg. consolatorem.*

2. *Heb.* & laudans ego. *S.* beatos dixi. *LXX. Vul.* & laudavi.

3. *Heb.* opus malum, quod fit. *S.* opera mala quæ fiunt. *LXX.* omne opus malum, quod factum est. *Vulg. mala quæ sub sole fiunt.*

4. *Heb.* omnem rectitudinem. *S.* omnem agilitatem. *LXX.* omnem virtutem. *Vulg. & industrias.*

5. *Hebr.* complicans manus suas. *S.* complicatur manibus suis. *LXX.* circumjecit manus suas. *Vulg. complicat manus suas.*

6. *Hebr.* requie. *S. Vulg.* cum requie. *LXX.* requiei.

Heb. quam plenitudo pugillorum. *S.* plenitudines ambarum manuum. *LXX.* super plenitudines duorum pugillorum. *Vulg. quam plena utraque manus.*

Heb. & pastione spiritûs. *S.* & afflictione spiritûs. *LXX.* & præsumptionis spiritus. *Vulg. & afflictione animi.*

7. *Heb. LXX.* & conversus sum ego, & vidi. *S.* & denuo convertens me didici. *Vulg. considerans reperi.*

8. *Heb. LXX.* & non est secundus. *S.* & non erit secundus. *Vulg. & secundum non habet.*

Heb. A. LXX. finis. *Vul. non cessat.*

Heb. S. a bono. *LXX.* a bonitate. *Vulg. bonis.*

Heb. negotium. *S.* occupatio. *LXX.* distractio. *Vulg. afflictio.*

9. טובים השנים מן־האחד אשר יש־להם שכר טוב Σ. εἰσὶν ἀμείνους δύο ἑνός· ἔχουσι γὰρ κέρδος ἀγαθόν. Ο. ἀγαθοὶ οἱ δύο ὑπὲρ τὸν ἕνα, οἷς ἐστιν αὐτοῖς μισθὸς ἀγαθός.

10. את־חברו A. τὸν φίλον αὐτοῦ. Σ. τὸν ἑταῖρον αὐτοῦ. Ο. τὸν μέτοχον αὐτοῦ.

ואין שני Ο. καὶ μὴ ᾖ δεύτερος. Ἄλλος, οὐκ ἔστι δεύτερος.

12. יתקפו האחד Σ. ὑπερισχύσῃ τις ἑνός. Ο. ἐπικραταιωθῇ ὁ εἷς.

המשלש Σ. τετριπλωμένον, ἢ τρίπλουν. Ο. τὸ ἔντριτον.

13. טוב ילד מסכן וחכם ממלך זקן וכסיל Σ. κρείσσων παῖς πένης μετὰ σοφίας.... Ο. ἀγαθὸς παῖς πένης καὶ σοφὸς ὑπὲρ βασιλέα πρεσβύτερον καὶ ἄφρονα.

אשר לא־ידע להזהר עוד A. ὃς οὐ γνώσεται τοῦ φυλάξασθαι. Σ....... Ο. ὃς οὐκ ἔγνω τοῦ προσέχειν ἔτι.

14. כי־מבית הסורים יצא למלך כי גם במלכותו נולד רש Σ. ὁ μὲν γὰρ ἐκ φυλακῆς ἐξῆλθε βασιλεῦσαι, ὁ δὲ καίπερ βασιλεὺς γεννηθεὶς ἠπορήθη. Ο. ὅτι ἐξ οἴκου τῶν δεσμίων ἐξελεύσεται τοῦ βασιλεῦσαι, ὅτι καίγε ἐν βασιλείᾳ αὐτοῦ ἐγεννήθη πένης.

15. ראיתי את־כל־החיים המהלכים תחת השמש עם הילד השני אשר יעמד תחתיו Σ.... μετὰ παιδός.... Ο. εἶδον σύμπαντας τοὺς ζῶντας τοὺς περιπατοῦντας ὑπὸ τὸν ἥλιον μετὰ τοῦ νεανίσκου τοῦ δευτέρου, ὃς στήσεται ἀντ' αὐτοῦ.

16. אין־קץ לכל־העם A. οὐκ ἔστι τέλος τῷ παντὶ λαῷ. Σ. (ἄπειρος πᾶς ὁ λαός.) Ο. οὐκ ἔστι περασμὸς τῷ παντὶ λαῷ.

אשר־היה לפניהם גם האחרונים לא ישמחו־בו כי־גם־זה הבל ורעיון רוח Σ.... ἀλλὰ τοῦτο ἀτμὸς καὶ βόσκησις ἀνέμου. Ο. οἱ ἐγένοντο ἔμπροσθεν αὐτῶν, καίγε οἱ ἔσχατοι οὐκ εὐφρανθήσονται· ὅτι καίγε τοῦτο ματαιότης, καὶ προαίρεσις πνεύματος.

17. וקרוב לשמע A. καὶ ἔγγιζε ὥστε ἀκούειν. Ο. καὶ ἐγγὺς τοῦ ἀκούειν.

9. *Heb.* Meliores duo quam unus, quia eſt eis merces bona. *S.* Sunt meliores duo uno: habent enim lucrum bonum. *LXX.* Boni duo ſuper unum, quibus eſt merces bona. *Vulg. Melius eſt ergo duos eſſe ſimul, quam unum: habent enim emolumentum ſocietatis ſuæ.*

10. *Heb. S.* ſocium ſuum. *A.* amicum ſuum. *LXX.* participem ſuum. *Vul. ab altero (fulcietur.)*

Heb. & non ſecundus. *LXX.* & non fuerit ſecundus. *Alius*, non eſt ſecundus. *Vul. non habet ſublevantem ſe.*

12. *Heb.* prævaluerit ei unus. *S.* prævaluerit quis uni. *LXX.* invaluerit unus. *Vulg. quiſpiam prævaluerit contra unum.*

H. triplicatum. *S.* triplicatum, *ſive*, triplex. *LXX. Vulg.* triplex.

13. *Heb.* melior puer pauper & ſapiens, præ rege ſene & ſtulto. *S.* melior eſt puer pauper cum ſapientia rege ſene & inſipiente. *LXX.* bonus eſt puer pauper & ſapiens ſuper regem ſeniorem & ſtultum. *Vulg. Melior eſt puer pauper & ſapiens rege ſene & ſtulto.*

Hebr. qui non novit moneri adhuc. *A.* qui non noſcet cuſtodire. *S.* qui neſcit præcavere viciſſitudinem. *LXX.* qui neſcit providere in poſterum. *Vulg. qui neſcit prævidere in poſterum.*

14. *Hebr.* quia e domo vinctorum egreſſus eſt ad regnandum: quia etiam in regno ſuo natus eſt pauper. *S.* Alter enim exiit de carcere ad regnandum; alter vero cum eſſet rex natus, paupertate oppreſſus eſt. *LXX.* Quoniam de domo vinctorum egredietur ut regnet: quia etiam in regno ſuo factus eſt pauper. *Vulg. Quod de carcere cateniſque interdum quis egrediatur ad regnum; & alius natus in regno inopia conſumatur.*

15. *Heb.* Vidi cunctos viventes ambulantes ſub ſole, cum puero ſecundo, qui ſtabit pro eo. *S.* Vidi omnes viventes qui gradiuntur ſub ſole cum adoleſcente ſecundo, qui ſurrexit pro eo. *LXX.* Vidi univerſos viventes, qui ambulant ſub ſole cum adoleſcente ſecundo, qui ſtabit pro illo. *Vulg. Vidi cunctos viventes, qui ambulant ſub ſole cum adoleſcente ſecundo, qui conſurget pro eo.*

16. *H. A. LXX.* non eſt finis omni populo. *S.* infinitus omnis populus. *Vulg.* infinitus numerus eſt populi.

H. qui fuit ante eos, etiam poſteri non lætabuntur in eo, quia etiam hoc vanitas & paſtio ſpiritûs. *S.* Qui fuit ante utrumque: & poſteri non lætabuntur in eo. Sed hoc aura & paſtio venti. *LXX.* Qui fuerunt ante illos. Et quidem noviſſimi non lætabuntur in eo. Sed & hoc vanitas & præſumptio ſpiritûs. *Vulg. Qui fuerunt ante eum, & qui poſtea futuri ſunt, non lætabuntur in eo. Sed & hoc vanitas & afflictio ſpiritûs.*

17. *H. LXX.* & propinquus ad audiendum. *A.* & accede ut audias. *Vulg. & appropinqua ut audias.*

Notæ & varię Lectiones ad Cap. IV. Ecclesiastæ.

v. 1. Σ. τοὺς συκοφαντουμένους. Hæc lectio & omnes pene sequentes ex Drusio & ex Edit. Rom. prodeunt.

v. 3. Pro ἐγένετο, ut habent O. Symm. ἐγεννήθη, ex Editione Romana.

v. 12. Σ. τετριπλωμένον ἢ τριπλοῦν. Sic Editio Romana. Drusius vero τετριπλωμένος, male.

v. 13. Σ. κρείσσων παῖς &c. Versionem Symmachi hujus & trium sequentium versuum plenam adfert Hieronymus in Ecclesiasten: Græcorum vero partem tantum habemus.

Ibid. A. ὃς οὐ γνώσεται &c. Editio Romana; Græca vero Symmachi desiderantur.

v. 14. Σ. ὁ μὲν γὰρ &c. Ex Edit. Rom. & Drusio.

v. 15. Græca Symmachi non exstant.

v. 16. A. οὐκ ἔστι &c. Editio Rom. & Drusius. Græca Symmachi ex ejus versione Latina sine periculo exprimuntur.

Ibid. Σ. . . . . . ἀλλὰ τοῦτο &c. ut supra cap. 1. v. 14.

ECCLESIASTÆ CAP. V.

אל־תבהל על־פיך 1. Σ. μὴ προπετὴς γίνου τῷ στόματί σου. O. μὴ σπεῦδε ἐπὶ στόματί σου.

על־כן O. διὰ τοῦτο. Ἄλλος, ἐπὶ τούτῳ.

כי בא החלום ברב ענין 2. Σ. ἀποβήσεται ὄνειρος διὰ πλῆθος ἀνομίας. O. ὅτι παραγίνεται ἐνύπνιον ἐν πλήθει πειρασμοῦ.

אין חפץ בכסילים 3. Σ. οὐ πάρεστι χρεία ἀφρόνων. O. οὐκ ἔστι θέλημα ἐν ἄφροσι.

טוב 4. Σ. βέλτιον. O. ἀγαθόν.

לחטיא 5. O. ἐξαμαρτῆσαι. Ἄλλος, ὥστε ἐξαμαρτεῖν.

כי שגגה היא A. ὅτι ἀκούσιόν ἐστι. O. ὅτι ἄγνοιά ἐστιν.

וחבל A. καὶ διαλύσῃ. O. καὶ διαφθείρῃ.

כי ברב חלמות והבלים ודברים הרבה 6. Σ. διὰ γὰρ πλήθους ὀνείρων ματαιότητες καὶ λόγοι πολλοί. O. ὅτι ἐν πλήθει ἐνυπνίων καὶ ματαιοτήτων καὶ λόγων πολλῶν.

כי גבה מעל גבה 7. Σ. καὶ ὑψηλότεροι ἐπάνω αὐτῶν. O. ὅτι ὑψηλὸς ἐπάνω ὑψηλοῦ.

בכל הוא מלך לשדה נעבד 8. Σ. ἐπὶ παντὶ αὐτός ἐστι βασιλεὺς τῇ χώρᾳ εἰργασμένῃ. O. ἐπὶ παντί ἐστι βασιλεὺς τοῦ ἀγροῦ εἰργασμένου.

ומה־כשרון לבעליה כי אם־ראות עיניו 10. Σ. τί γὰρ ἀνδραγάθημα τοῖς ἔχουσιν αὐτήν, εἰ μὴ μόνον θεωρία ὀφθαλμῶν αὐτοῦ; O. καὶ τί ἀνδρεία τῷ παρ' αὐτῆς; ὅτι ἀρχὴ τοῦ ὁρᾶν ὀφθαλμῷ αὐτοῦ;

והשבע לעשיר איננו מניח לו לישון 11. Σ. ἡ δὲ πλησμονὴ τοῦ πλουσίου οὐκ ἐᾷ καθεύδειν. O. καὶ

1. Heb. LXX. Ne festines in ore tuo. *S.* Ne præceps sis ore tuo. *Vulg. Ne temere quid loquaris.*

Heb. Vulg. idcirco. *LXX.* propter hoc. *Alius,* super hoc.

2. *H.* Quia venit somnium in multitudine negotii. *S.* Abibit somnus, *vel* somnium ob multitudinem iniquitatis. *LXX.* Quia advenit somnium in multitudine sollicitudinis. *Vulg. Multas curas sequuntur somnia.*

3. *H.* non voluntas in stultis. *S.* non est usus amentium. *LXX.* non est voluntas in stultis. *Vulg. displicet enim ei infidelis & stulta promissio.*

4. *H. S.* melius. *LXX.* bonum. *Vulg. multoque melius.*

5. *Heb.* ad peccare faciendum. *LXX. Vulg.* ut peccare facias. *Alius*, ita ut peccare facias.

Heb. quia error istud. *A.* quia non spontaneum est. *LXX.* quia ignorantia est. *Vulg. non est providentia.*

H. & dissipabit. *A.* & dissolvat. *LXX.* & disperdat. *Vulg. dissipet.*

6. *Heb.* Quia in multitudine somniorum & vanitates & verba multum. *S.* Nam per multitudinem somniorum & vanitates & verba multa. *LXX.* Quia in multitudine somniorum & vanitatum & verborum plurimorum. *Vulg. Ubi multa sunt somnia, plurimæ sunt vanitates, & sermones innumeri.*

7. *H.* quia excelsus desuper excelsum. *S.* & excelsior supra illos. *LXX.* quia excelsus supra excelsum. *Vulg. quia excelso excelsior est alius.*

8. *Heb.* in omnibus ipse rex agro fit servus. *S.* in omni ipse rex est agro culto. *LXX.* in omni est rex agri culti. *Vul. Et insuper universæ terræ rex imperat servienti.*

10. *H.* Et quid rectum dominis suis, nisi visio oculorum ejus? *S.* Quid enim utiliter gestum habenti eam, nisi tantum speculatio oculorum ejus? *LXX.* Et quid fortitudo ei qui ab ea? quia principium videre oculis suis? *Vulg. Et quid prodest possessori, nisi quod cernit divitias oculis suis?*

11. *H.* Et saturitas divitis non ipsa permittit ei dormire. *S.* Satietas vero divitis non sinit dormire. *LXX.* Et ei qui saturatus est dites-

τῷ ἐμπλησθέντι τοῦ πλουτῆσαι, οὐκ ἔστιν ἀφίων αὐτὸν τοῦ ὑπνῶσαι.

רעה חולה 12. Σ. νόσος κακή. Ο. ἀῤῥωστία.

לרעתו Α. εἰς πονηρὸν αὐτῷ. Ο. εἰς κακίαν αὐτῷ.

בענין רע 13. Σ. ἐπὶ ἀσχολίαν κακήν. Ο. ἐν περισπασμῷ πονηρῷ.

שילך 14. Σ. ὃ συναπελεύσεται. Ο. ἵνα πορευθῇ.

ומה־יתרון לו שיעמל 15. Σ. τί οὖν περισσὸν αὐτῷ μοχθήσαντι. Ο. καὶ τίς ἡ περισσεία αὐτοῦ ἣ μοχθεῖ.

הנה אשר־ראיתי אני 17. Σ. ἐμοὶ οὖν ἐφάνη. Ο. ἰδοὺ εἶδον ἐγώ.

מספר Σ. ψήφῳ. Ο. ἀριθμόν.

גם 18. Α. ἀλλὰ καί. Ο. καί γε.

ולשאת את־חלקו Σ. καὶ ἀπολαῦσαι τῆς μερίδος αὐτῶν. Ο. καὶ λαβεῖν τὸ μέρος αὐτοῦ.

cendo, non est dimittens eum dormire. *Vulg. Saturitas autem divitis non sinit eum dormire.*

12. *Heb.* mala infirmitas. *S.* morbus malus. *LXX.* languor. *Vulg. alia infirmitas pessima.*

H. in malum suum. *A.* in malum ei. *LXX.* in malum ipsi. *Vulg. in malitiam Domini sui.*

13. *H. S.* in occupatione mala. *LXX.* in distractione mala. *Vulg. in afflictione pessima.*

14. *H.* quod eat. *S.* quod una abibit. *LXX.* ut eat. *Vulg.* (*nihil auferet*) *secum.*

15. *H.* Et quid præstantiæ ei quod laboravit? *S.* Quid igitur amplius ei laboranti? *LXX.* Et quid residuum ei, qui laborat? *Vulg. Quid ergo prodest ei quod laboravit?*

17. *Hebr.* Ecce quod vidi ego. *S.* Mihi ergo visum est. *LXX.* Ecce ego vidi. *Vulg. Hoc itaque visum est mihi.*

Heb. LXX. Vulg. numero. *S.* calculo.

18. *Hebr.* etiam. *A.* sed &. *LXX.* & quidem. *Vulg. &.*

Heb. ad tollendum partem suam. *S.* & frui parte sua. *LXX.* & accipere partem suam. *Vul. & fruatur parte sua.*

Notæ & variæ Lectiones ad Cap. V. Ecclesiastæ.

v. 1. Σ. μὴ περιπετὴς &c. Omnes hujus Capitis lectiones ex Editione Romana & ex Drusio prodeunt, duabus solum exceptis.

v. 5. Ἀλλ. ὥστε ἐξαμ- Symm. habebat ὥστε Edit. Rom.

Ibid. Α ὅτι ἀκούσιόν ἐστι. Ex Hieronymo in Ecclesiasten.

v. 7. Posset forte Sym. hæc verba וגבהים עליהם respicere.

v. 10. Σ. τί γὰρ ἀνδραγάθημα &c. Sic duo Regii Codices ex Olympiodoro.

ECCLESIASTÆ CAP. VI.

על־האדם 1. Σ. παρὰ τοῖς ἀνθρώποις. Ο. ὑπὸ τὸν ἄνθρωπον.

ולא־ישליטנו 2. Σ. καὶ οὐ δίδωσιν. Ο. καὶ οὐκ ἐξουσιάσει αὐτῷ.

לא־תשבע 3. Ο. οὐ πλησθήσεται. Θ. οὐ χορτασθήσεται.

כי מה־יותר 8. Σ. τί οὖν περισσόν. Ο. ὅτι περισσεία.

9. טוב מראה עינים מהלך־נפש גם־זה הבל ורעות רוח Σ. βέλτιον προβλέπειν, ἢ ὁδεύειν αὐταρεσκίᾳ, καίγε τοῦτο ματαιότης καὶ [κάκωσις] πνεύματος. Α. Θ.... ματαιότης καὶ νομὴ ἀνέμου. Ο. ἀγαθὸν ὅραμα ὀφθαλμῶν ὑπὲρ πορευόμενον ψυχῇ· καίγε τοῦτο ματαιότης καὶ προαίρεσις πνεύματος.

עם שהתקיף ממנו 10. Ο. μετὰ τοῦ ἰσχυροτέρου ὑπὲρ αὐτόν. Ἀλλ. μετὰ τοῦ ἰσχυροῦ ὑπὲρ αὐτόν.

1. Hebr. super hominem. *S. Vul.* apud homines. *LXX.* sub homine.

2. *Hebr. LXX.* & non dabit potestatem ei. *S.* & non dat. *Vul. nec tribuit ei potestatem.*

3. *Heb.* non saturata fuerit. *LXX.* non replebitur. *Th.* non saturabitur. *Vulg. non utatur.*

8. *Hebr.* Quia quid præstantius? *S.* Quid igitur amplius? *LXX.* Quoniam abundantia. *Vul. Quid habet amplius?*

9. *Hebr.* Bona visio oculorum præ incessu animæ: etiam hoc vanitas & pastio spiritus. *S.* Melius est prævidere, quam ambulare pro arbitrio: & quidem hoc vanitas & afflictio spiritûs. *A. Th.*... vanitas & pastio venti. *LXX.* Bona visio oculorum præ eo qui incedit animâ: & quidem hoc vanitas & præsumptio spiritûs. *Vulg. Melius est videre quod cupias, quam desiderare quod nescias: sed & hoc vanitas est, & præsumptio spiritûs.*

10. *Hebr.* cum eo qui fortior se. *LXX.* cum fortiori præ se. *Alius*, cum forti præ se. *Vulg. contra fortiorem se.*

Notæ & variæ Lectiones ad Cap VI. Ecclesiastę.

v. 1. Σ. παρὰ τοῖς ἀνθρώποις. Hæc & sequentes lectiones ex Editione Romana & Drusio.

v. 9. Σ. βέλτιον &c. Sic Editio Romana. Hieronymus vero hunc locum Latine sic adfert: *Melius est providere, quam ambulare ut libet.* Altera pars versûs ex Hieronymo exprimitur, qui sic habet: *Rursum & hîc præsumtionem spiritûs, Aquila & Theodotio pastionem venti interpretati sunt: Symm. vero afflictionem spiritûs.*

v. 10. Ἀλλος, μετὰ τοῦ ἰσχ- Sic quædam Exemplaria.

ECCLESIASTÆ CAP. VII.

כי מי־יודע מה־טוב 1. Σ. τίς γὰρ οἶδεν ὁ συμφέρει; Ο. ὅτι τίς οἶδεν ἀγαθόν;

טוב שם משמן טוב 2. Σ. (βέλτιον ὄνομα ἀγαθὸν) ὑπὲρ μύρον εὐῶδες. Ο. ἀγαθὸν ὄνομα ὑπὲρ ἔλαιον ἀγαθόν.

והחי יתן על־לבו 3. Σ. καὶ ὁ ζῶν προσέξει τῇ διανοίᾳ. Ο. καὶ ὁ ζῶν δώσει ἀγαθὸν εἰς καρδίαν αὐτοῦ.

כי־ברע פנים ייטב לב 4. Α. κακώσει Σ. κακώσει (γὰρ προσώπου,)... Ο. ὅτι ἐν κακίᾳ προσώπου ἀγαθυνθήσεται καρδία.

כי בקול הסירים תחת הסיר 7. Σ. διὰ γὰρ φωνῶν τῶν ἀπαιδεύτων ἐν δεσμωτηρίῳ γίνεταί τις. Ο. ὡς φωνὴ ἀκανθῶν ὑπὸ τὸν λέβητα.

יהולל חכם 8. Α. πλανήσει σοφόν. Σ. θορυβήσει σοφόν. Ο. περιφέρει σοφόν.

ויאבד את־לב מתנה Α. Ο. Θ. ἀπολύει τὴν καρδίαν εὐγενείας αὐτοῦ. (al. εὐτονίας αὐτοῦ.) Σ. τὴν καρδίαν ἡ μαθανα, τουτέστι δῶρον.

טוב אחרית דבר מראשיתו 9. Σ. βέλτιον τέλος λόγου τῆς ἀρχῆς αὐτοῦ. Ο. ἀγαθὴ ἐσχάτη λόγων ὑπὲρ ἀρχὴν αὐτοῦ.

ארך־רוח Σ. ὑψηλοκάρδιον. Ο. ὑψηλὸν πνεύματι.

ברוחך לכעוס 10. Σ. διὰ λόγων σου παροργίσαι. Ο. ἐν πνεύματί σου τοῦ θυμοῦσθαι. Αλλος, ἐπὶ στόματί σου.

כעס Σ. ὀργή. Ο. θυμός.

מה היה 11. Α. διατί. Ο. τί ἐγένετο.

כי לא מחכמה Σ. οὐ γὰρ φρονίμως. Ο. ὅτι οὐκ ἐν σοφίᾳ.

כי בצל החכמה בצל הכסף 13. Σ. σκέπει σοφία ὡς σκέπει τὸ ἀργύριον. Ο. ὅτι ἐν σκιᾷ αὐτῆς ἡ σοφία ὡς σκιὰ ἀργυρίου.

ויתרון דעת החכמה תחיה בעליה Σ. ἡ σοφία διασώσει τοὺς ἔχοντας αὐτήν. Ο. περίσσεια γνώσεως τῆς σοφίας ζωοποιήσει τὸν παρ' αὐτῆς.

ראה את־מעשה האלהים כי מי יוכל לתקן 14.
את אשר עותו Σ. . . . .

1. Heb. Quia quis sciens quid bonum? *S.* Quis enim novit quid utile sit? *LXX.* Quia quis novit bonum? *Vul. cum ignoret quid conducat.*

2. *Hebr.* Melius nomen quam oleum bonum. *S.* Melius est nomen bonum quam unguentum bene olens. *LXX.* Bonum est nomen super oleum bonum. *Vulg. Melius est nomen bonum, quam unguenta pretiosa.*

3. *Hebr.* & vivens dabit ad cor suum. *S.* & qui vivit mente attendet. (*Hieron.* respiciat ad mentem.) *LXX.* & qui vivit dabit bonum ad cor suum. *Vulg. & vivens cogitat quid futurum sit.*

4. *Hebr.* Quia in tristitia faciei jucundum erit cor. *A.* tristitiâ. *S.* per tristitiam vultûs melior fiet animus. *LXX.* Quia in malo vultûs fiet bonum cor. *Vulg. Quia per tristitiam vultûs corrigitur animus delinquentis.*

7. *Heb.* Quia sicut vox spinarum sub olla. *S.* Siquidem per voces imperitorum in vinculis quispiam habetur. *LXX.* Sicut vox spinarum sub olla. *Vulg. Quia sicut sonitus spinarum ardentium sub olla.*

8. *Hebr.* insanire faciet sapientem. *A.* errare faciet sapientem. *S.* turbabit sapientem. *LXX.* circumfert sapientem. *Vul. conturbat sapientem.*

Heb. & perdet cor donum. *A. LXX. Th.* perdet cor vigoris ejus. *S.* cor Mathana, *id est*, donum. *Vul. & perdet robur cordis illius.*

9. *H.* Melius novissimum verbi, quam principium ejus. *S. Vul.* Melior est finis orationis, quam principium ejus. *LXX.* Bonum est novissimum sermonum super principium ejus.

Heb. longus spiritu. *S.* elato corde præditum. *LXX.* excelsum spiritu. *Vulg. patiens.*

10. *Heb.* in spiritu tuo ad irascendum. *S.* verbis tuis provocare. *LXX.* in spiritu tuo irasci. *Alius*, in ore tuo. *Vul. velox ad irascendum.*

Heb. S. Vul. ira. *LXX.* furor.

11. *Heb.* Quid fuit. *A.* Quare. *LXX.* Quid factum est. *Vulg. Quid putas causæ est.*

H. quia non ex sapientia. *S.* non enim prudenter. *LXX.* quia non in sapientia. *Vul. stulta enim est.*

13. *Heb.* Quia in umbra sapientiæ, in umbra argenti. *S.* Protegit sapientia ut protegit pecunia. *LXX.* Quia in umbra ejus sapientia sicut umbra argenti. *Vul. Sicut enim protegit sapientia, sic protegit pecunia.*

Heb. & præstantia sapientiæ scientiæ vivificabit patronos suos. *S.* sapientia servabit eos qui ipsam habent. *LXX.* abundantia scientiæ sapientiæ vivificabit eum qui ab ipsa. *Vul. Hoc autem plus habet eruditio & sapientia, quod vitam tribuunt possessori suo.*

14. *Hebr.* Vide opus Dei: quia quis poterit dirigere quem depravaverit ipse. *S.* Disce opera Dei, quia nemo poterit corrigere quod ille

O. ἴδε

O. ἴδε τὰ ποιήματα τοῦ θεοῦ, ὅτι τίς δυνήσεται κοσμῆσαι ὃν ἂν ὁ θεὸς διαστρέψῃ αὐτόν;

ביום טובה היה בטוב וביום רעה ראה 15. Σ. ἐν ἡμέρᾳ ἀγαθῇ ἔσο ἐν ἀγαθῷ.... O. ἐν ἡμέρᾳ ἀγαθωσύνης ζῆθι ἐν ἀγαθῷ, καὶ ἴδε ἐν ἡμέρᾳ κακίας, ἴδε.

גם את־זה לעמת־זה עשה האלהים על־דברת שלא ימצא האדם אחריו מאומה Σ. καὶ γὰρ τοῦτο ἀνάλογον τούτου ἐποίησεν ὁ θεός, τοῦ μὴ εὑρεῖν ἄνθρωπον κατ᾽ αὐτοῦ μέμψιν. O. ἴδε καί γε σὺν τούτῳ συμφώνως τοῦτο ἐποίησεν ὁ θεὸς περὶ λαλιᾶς, ἵνα μὴ εὕρῃ ἄνθρωπος ὀπίσω αὐτοῦ οὐδέν.

בצדקו 16. Σ. τῇ δικαιοσύνῃ αὐτοῦ. O. ἐν δικαίῳ αὐτοῦ.

מאריך ברעתו A. μακρύνων ἐν πονηρίᾳ αὐτοῦ. O. μένων ἐν κακίᾳ αὐτοῦ. Ἄλλος, μακρόβιος.

הרבה 17. Σ. πλέον. O. περισσά.

למה תשומם Σ. ἵνα μὴ ἀδημονῇς περισσῶς. O. μή ποτε ἐκπλαγῇς.

אל־תנח 19. Σ. μὴ ἀνῇς. O. μὴ μιανῇς.

כי־ירא אלהים יצא את־כלם Σ. ὁ γὰρ φοβούμενος τὸν θεὸν διεξελεύσεται τὰ πάντα. O. ὅτι φοβουμένοις τὸν θεὸν διεξελεύσεται τὰ πάντα.

החכמה תעז לחכם 20. A. ἡ σοφία ἐνισχύσει τὸν σοφόν. O. ἡ σοφία βοηθήσει τῷ σοφῷ.

גם לכל־הדברים אשר ידברו אל־תתן לבך 22. Σ. ἀλλὰ μηδὲ πᾶσι τοῖς λαλουμένοις προσέχῃς τῇ καρδίᾳ σου. O. καί γε εἰς πάντας λόγους οὓς λαλήσουσιν ἀσεβεῖς μὴ θῇς καρδίαν σου.

מקללך Σ. λοιδοροῦντός σε. O. καταρωμένου σε.

כי גם־פעמים רבות ידע לבך 23. A. ὅτι πρὸς πλεονάκις καιροὺς πονηρεύσεται καρδία σου. O. ὅτι πλειστάκις πονηρεύσεταί σε, καὶ καθόδους πολλὰς κακώσει καρδία σου.

גם־את קללת אחרים Σ. καὶ σὺ ἐλοιδόρησας ἄλλους. O. ὅτι ὡς καί γε σὺ κατηράσω ἑτέρους.

כל־זה נסיתי בחכמה 24. Σ. τούτων ἐπειράσθην ἐν σοφίᾳ. O. πάντα ταῦτα ἐπείρασα ἐν σοφίᾳ.

אמרתי אחכמה Σ. ὑπέλαβον σοφὸς γενέσθαι. O. εἶπα, σοφισθήσομαι.

מי ימצאנו 25. Σ. οὐδείς. O. τίς εὑρήσει αὐτό.

imminuit. *LXX.* Vide opera Dei: quoniam quis poterit adornare, quem Deus perverterit eum. *Vulg. Considera opera Dei, quod nemo possit corrigere quem ille despexerit.*

15. *Hebr.* in die bona sis in bono, & in die malo vide. *S.* in die bono esto in bono: diem vero malam intuere. *LXX.* in die bonitatis vive in bono, & vide in die malo, vide. *Vulg. in die bona fruere bonis, & malam diem præcave.*

20. *H.* in novacula mercede conducta in trans flumen. *A. Th.* in novacula mercede conducta. *A.* inebriata. *S.* mercede conductos in transitu fluminis. *LXX.* in novacula magna. *LXX. aliter*, in novacula conducta trans flumen. *Vul. in novacula conducta, in his qui trans flumen sunt.*

במלך אשור A. ἐν βασιλείᾳ Ἀσσυρίων. Σ Θ. ἐν τῷ βασιλεῖ τῶν Ἀσσυρίων. Ο. βασιλέως Ἀσσυρίων.

H. in rege Assur. *A.* in regno Assyriorum. *S. Th. Vulg.* in rege Assyriorum. *LXX.* regis Assyriorum.

22. יאכל חמאה ※ Π. φάγεται βούτυρον.

22. *H. Omnes*, comedet butyrum.

23. והיה ※ Π. ἔσται.

23. *Heb. Omnes*, erit.

וּבַקָּשֶׁת בַּחִצִּים 24. A. ἐν βέλεσι καὶ ἐν τόξῳ. O. μετὰ βέλους καὶ τοξεύματος.

24. *Heb. A.* in sagittis & in arcu. *LXX.* cum sagitta & arcu. *Vul. cum sagittis & arcu.*

Notæ & variæ Lectiones ad Cap. VII. Hesaiæ.

v. 1. A. Σ. βασιλεὺς Συρίας. Curterius ex Ms. Jes.

v. 2. Ἄλλος, ὡς σαλεύεται &c. Idem.

v. 3. τοῦ κναφέως. Curterius. οἱ Γ. ὁμοίως.

v. 4. A. φυλάξαι &c. Has lectiones mutuamur ex Theodoreto & Procopio.

v. 5. Θ. Ἐφραῒμ &c. Sic cum asterisco habet Curterius ex Ms. Jes. LXX. legerunt haud dubie ארם qui reddunt Ἀράμ.

v. 6. A. καὶ ἀποσχ- Idem.

v. 8. A. Σ. Συρίας. Θ. Ἀράμ. Idem.

v. 9. A. Σ. Σαμάρεια. Idem.

Ibid. Σ. ἐὰν μὴ πιστεύσητε &c. Theodoretus. Latina vero Symmachi tantum adfert Hieronymus, ut nos edidimus.

v. 11. A. ἐπερώτησον &c. Hasce lectiones trium Interpretum plenas adfert Eusebius in Hesaïam. Ad Aquilam autem ante μετεώρισον videtur excidisse ἢ, *vel*, ut respondeat Hebraïco או הגבה ἢ μετεώρισον, *vel eleva*, aut *vel tolle*.

v. 12. Hieronymus: *Quamquam juxta Hebræi sermonis ambiguitatem, in quo scriptum est,* ULO ENASSE ADONAI, *& omnes similiter transtulerunt*, non tentabo Dominum, *possit legi*, non exaltabo Dominum.

v. 13. A. ἀκούσατε δὴ &c. Hæ lectiones plenæ ex Eusebii Commentario in Hesaïam prodeunt.

v. 14. A. Θ. διὰ τοῦτο &c. Sic Eusebius in Demonstratione Evangelica, itemque in Historia Ecclesiastica Valesii p. 172. Hieronymus in hunc versiculum: *In præsenti loco non scribitur* BETHULA, *sed* ALMA, *quod præter LXX. qui posuerunt* ἡ παρθένος, *omnes* adolescentulam *transtulerunt. Porro* ALMA *apud nos verbum ambiguum est. Dicitur enim &* adolescentula *&* abscondita, *i.* ἀπόκρυφος. *In Genesi legimus, ubi Rebecca dicitur* ALMA, *Aquilam non* adolescentulam, *nec* puellam, *sed* absconditam *transtulisse.* Et paulo post: *Ergo* ALMA *non solum* puella, *vel* virgo, *sed cum* ἐπιτάσει virgo abscondita *dicitur &* secreta, *quæ numquam virorum patuerit aspectibus, sed magna parentum diligentiâ custodita sit. Linguâ quoque Punicâ, quæ de Hebræorum fontibus manare dicitur, proprie virgo* ALMA *appellatur.* Item Hieron. libro adversus Jovinianum, tom. 4. col. 173. Irenæus item l. 3. ait Theodotionem & Aquilam vertisse, *Ecce adolescentula*, νεᾶνις.

Eusebius in Hesaïam dicit omnes Interpretes vertisse, καὶ καλέσεις. Codex item Jes. οἱ Γ. καλέσεις ὁμοίως. Philastrius autem Brixiensis ait Aquilam vertisse, *potens cum hominibus*: quæ verba respondent voci Hebraïcæ עמנואל Sed vel Auctoris, vel Librariorum lapsu hæc interpretatio Aquilæ falso adscripta videtur.

v. 15. A. τοῦ γνῶναι &c. Curterius ex Cod. Jes.

v. 16. A. ἐγκαταλειφθήσεται &c. Hanc Aquilæ & Symmachi lectionem exhibet Eusebius in Demonstratione Evangelica.

v. 17. A. Σ. ἀπὸ τῆς ἡμέρας &c. Sic unus Codex & Theodoretus.

v. 18. A. συρίσει. Curterius ex Cod. Jes.

Ibid. Σ. Θ. αἳ κυριεύουσιν &c. Theodoretus.

Ibid. ὁ Ἑβρ. καὶ ὁ Σύρος, σφηκί. Sic unus.

v. 19. A. Θ. Ο. καὶ ἐλεύσονται &c. Curterius.

v. 20. A. Θ. ἐν τῷ ξυρῷ &c. In Codice Jes. habetur in textu τῶν Ο. ἐν τῷ ξυρῷ τῷ μεγάλῳ τῷ μεμεθυσμένῳ, ὅ ἐστι πέραν τοῦ ποταμοῦ. In margine vero ad vocem μεμεθυσμένῳ, notatur, A. ὁμοίως, quo significatur Aquilam μεμεθυσμένῳ habuisse: deinde sequitur, Θ. μεμισθωμένῳ. Σ. τοὺς μεμισθωμένους ἐν τῷ πέραν τοῦ ποταμοῦ. postea in margine, ἐν ἄλλοις οὐκ ἔστι τὸ, ὅ ἐστι. Curterius hæc male legerat.

Ibid. A. ἐν βασιλείᾳ Ἀσσυρίων &c. Eusebius in Demonstratione Evangelica, p. 322.

v. 22. Π. i. πάντες, φάγεται βούτυρον. Curterius ex Ms. Jes. præmisso asterisco.

v. 23. Π. ἔσται. Ex eodem, præmisso item asterisco.

v. 24. A. ἐν βέλεσι &c. Ex eodem.

HESAIÆ CAP. VIII.

גִּלָּיוֹן גָּדוֹל 1. A. κεφαλίδα μεγάλην. Σ. τεῦχος μέγα. O. τόμον καινοῦ μεγάλου. Θ. διφθέρωμα.

את אוריה הכהן 2. A. Σ. Θ. τὸν Οὐρίαν τὸν ἱερέα. O. τὸν Οὐρίαν.

חיל 4. O. δύναμιν. Ἀλλ. ※ τὴν δύναμιν.

לפני מלך אשור A. εἰς πρόσωπον βασιλέως Ἀσσυρίων. O. ἔναντι βασιλέως Ἀσσυρίων.

לאמר 5. ※ λέγων.

מאס 6. Σ. ἀπεδοκίμασαν. O. μὴ βούλεσθαι.

השלח A. Σ. Θ. σιλωά. O. σιλωάμ.

רצין A. Σ. O. Θ. Ῥάσιν. O. ἄλλως, Ῥαασσών.

מלא־רחב ארצך 8. A. Σ. O. Θ. τὸ πλάτος τῆς χώρας σου.

1. HEb. volumen grande. *A.* volumen magnum. *S. Vul.* librum grandem. *LXX.* tomum novi magni. *Th.* diphtheroma.

2. *Heb.* Uriah Sacerdotem. *A. S. Th. Vulg.* Uriam Sacerdotem. *LXX.* Uriam.

4. *Hebr.* facultatem. *LXX. Alius*, virtutem. *Vulg. fortitudo.*

Hebr. ad faciem regis Assur. *A.* in faciem regis Assyriorum. *LXX. Vul.* coram rege Assyriorum.

5. *Heb.* ※ *Alius, Vulg.* dicens.

6. *Heb.* reprobavit. *S.* reprobarunt. *LXX.* eo quod non vult. *Vulg. abjecit.*

H. A. S. Th. Siloa. *LXX.* Siloam. *Vulg. Siloe.*

Heb. A. S. LXX. Th. Vulg. Rasin. *LXX. aliter*, Raasson.

8. *Heb.* plenitudo latitudinis terræ tuæ. *A. S. LXX. Th.* latitudinem regionis tuæ. *Vulg. latitudinem terræ tuæ.*

9. רעו עמים וחתו והאזינו כל מרחקי־ארץ התאזרו וחתו Οἱ Γ. συναθροίσθητε λαοὶ, καὶ ἡττᾶσθε, καὶ ἐνωτίσασθε πάντα τὰ πόῤῥωθεν τῆς γῆς, περιζώννυσθε καὶ ἡττᾶσθε. Ο. γνῶτε ἔθνη καὶ ἡττᾶσθε, ἐπακούσατε ἕως ἐσχάτου τῆς γῆς, ἰσχυκότες ἡττᾶσθε.

9. *H.* Confringimini populi, & conterimini, & percipite auribus universi longinqui terræ: accingite vos & conterimini. *Tres Int.* Congregamini populi, & superamini, & auribus percipite omnia, quæ a longinquo terræ: circumcingimini & superamini. *LXX.* Cognoscite gentes, & vincimini: exaudite usque ad extremum terræ: qui prævaluistis vincimini. *Vul. Congregamini populi, & vincimini, & audite universæ procul terræ: confortamini & vincimini: accingite vos, & vincimini.*

10. עצו עצה ותפר דברו דבר ולא יקום Οἱ Γ. βουλεύσασθε βουλὴν καὶ διασκεδασθήσεται, λαλήσετε λόγον καὶ οὐ στήσεται. Ο. καὶ ἣν ἂν βουλεύσησθε βουλὴν, διασκεδάσει κύριος, καὶ λόγον ὃν ἐὰν λαλήσητε, οὐ μὴ ἐμμείνῃ ἐν ὑμῖν.

10. *Heb.* Consiliamini consilium, & dissipabitur: loquimini verbum, & non stabit. *Tres Int.* Consilium inietis & dissipabitur, loquemini verbum, & non stabit. *LXX.* Et quodcumque consilium consultaveritis, dissipabit Dominus: & verbum quodcumque locuti fueritis, non manebit in vobis. *Vulg. Inite consilium, & dissipabitur: loquimini verbum, & non fiet.*

כי עמנואל Α. Θ. ὅτι μεθ' ἡμῶν ὁ ἰσχυρός. Σ. μεθ' ἡμῶν γὰρ ὁ θεός. Ο. ὅτι μεθ' ἡμῶν ὁ θεός.

Heb. quia Emmanuel. *A. Th.* quia nobiscum fortis. *S.* nobiscum enim Deus. *LXX. Vul.* quia nobiscum Deus.

11. כי כה אמר יהוה אלי בחזקת היד ויסרני מלכת בדרך העם־הזה לאמר Σ. εἶπεν κύριος πρός με ὡς ἐν κράτει τῆς χειρὸς, καὶ ἀπέστησέν με μὴ πορεύεσθαι τῇ ὁδῷ τοῦ λαοῦ τούτου, λέγων. Ο. οὕτω λέγει κύριος, τῇ ἰσχυρᾷ χειρὶ ἀπειθοῦσι τῇ πορείᾳ τῆς ὁδοῦ τοῦ λαοῦ τούτου λέγοντες.

11. *Hebr.* Quia sic dicit Dominus ad me in fortitudine manus, & erudivit me ab eundo in via populi hujus, dicendo. *S.* Dixit Dominus ad me tamquam in fortitudine manus, & recedere fecit me ne ambularem in via populi hujus, dicens. *LXX.* Sic dicit Dominus, forti manu detrectant incessum viæ populi hujus, dicentes. *Vul. Hæc enim ait Dominus ad me: sicut in manu forti erudivit me, ne irem in via populi hujus, dicens.*

12. לא־תאמרון קשר לכל אשר־יאמר העם הזה קשר Σ. οὐκ ἐρεῖτε σύστασις πᾶν ὃ ἐὰν εἴπῃ ὁ λαὸς, σύστασις. Ο. μήποτε εἴπωσι σκληρόν· πᾶν γὰρ ὃ ἐὰν εἴπῃ ὁ λαὸς οὗτος, σκληρόν ἐστι.

12. *Heb.* Non dicatis, conjuratio: ad omnia quæ dicet populus iste, conjuratio. *S.* Non dicetis conjuratio, quidquid dixerit populus, conjuratio. *LXX.* Ne forte dixerint, durum: omne enim quodcumque dixerit populus hic, durum est. *Vulg. Non dicatis, conjuratio: omnia enim quæ loquitur populus iste, conjuratio est.*

את־יהוה 13. Α. Θ. ※ τὸν: κύριον. Ο. κύριον.
צבאות ※ Σ. Θ. τῶν δυνάμεων. In O. vacat.

13. *Heb. A. LXX. Th. Vulg.* Dominum.
Heb. Vulg. exercituum. *S. Th.* virtutum. *In LXX. vacat.*

14. והיה למקדש ולאבן נגף ולצור מכשול לשני בתי ישראל לפח ולמוקש ליושב ירושלם Α.... καὶ εἰς στερεὸν σκανδάλου τοῖς δυσὶν οἴκοις Ισραήλ. . . . . Σ. εἰς λίθον προσκόμματος καὶ εἰς πέτραν πτώματος τοῖς δύο οἴκοις Ἰσραὴλ, εἰς παγίδα καὶ εἰς σκάνδαλον οἰκούντων Ἱερουσαλήμ. Ο. καὶ οὐχ ὡς λίθου προσκόμματι συναντήσεσθε, οὐδὲ ὡς πέτρας πτώματι. οἱ δὲ οἶκοι Ἰακὼβ ἐν παγίδι, καὶ ἐν κοιλάσματι ἐγκαθήμενοι ἐν Ἱερουσαλήμ. Θ. καὶ λίθον προσκόμματος καὶ εἰς πέτραν πτώματος τοῖς δυσὶν οἴκοις.

14. *H.* Et erit in sanctuarium, & in lapidem percussionis, & in petram offensionis duabus domibus Israel: in laqueum & in rete habitanti Jerusalem. *A.*.. & in solidum scandali duabus domibus Israel. . . . . . *S.* in lapidem offensionis, & in petram ruinæ duabus domibus Israel, in laqueum & in scandalum habitantium Jerusalem. *LXX.* Et non ut lapidi offensionis occurretis, neque ut petræ ruinæ. Domus autem Jacob in laqueo, & in convalle sedentes in Jerusalem. *Th.* Et lapidem offensionis, & in petram ruinæ duabus domibus. *Vulg. Et erit vobis in sanctificationem. In lapidem autem offensionis & in petram scandali, duabus domibus Israel, in laqueum & in ruinam habitantibus Jerusalem.*

וכשלו 15. Α. σκανδαλισθήσονται. Σ. προσκόψουσι. Ο. ἀδυνατήσουσιν.
ונוקשו ונלכדו Σ. καὶ παγιδευθήσονται, καὶ συλλη-

15. *Hebr.* impingent. *A.* scandalizabuntur. *S. Vulg.* offendent. *LXX.* infirmi erunt.
Hebr. S. Vulg. & irretientur & capientur.

φθήσονται. Ο. καὶ ἐγγιοῦσι καὶ ἁλώσονται.

צור תעודה חתום תורה בלמדי וחכיתי 16. 17.
ליהוה המסתיר פניו מבית יעקב וקויתי לו A.
ἔνδησον μαρτύριον, σφράγισον νόμον ἐν διδακτοῖς μου· καὶ προσδέξομαι τὸν θεὸν τὸν ἀποκρύβοντα τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἀπὸ τοῦ οἴκου Ἰακώβ, καὶ προσμενῶ αὐτόν. Σ. δῆσον μαρτύριον, σφράγισαι τὸν νόμον ἐν τοῖς διατάγμασί μου, καὶ προσδοκήσω τὸν κύριον τὸν κρύβοντα τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἀπὸ τοῦ οἴκου Ἰακώβ, καὶ ἀναμενῶ αὐτόν. Ο. τότε φανεροὶ ἔσονται οἱ σφραγιζόμενοι τὸν νόμον τοῦ μὴ μαθεῖν, καὶ ἐρεῖ, μενῶ τὸν θεὸν τὸν ἀποστρέψαντα τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἀπὸ τοῦ οἴκου Ἰακώβ, καὶ πεποιθὼς ἔσομαι ἐπ' αὐτῷ.

הנה אנכי והילדים אשר נתן־לי יהוה לאותות 18.
ולמופתים בישראל מעם יהוה צבאות השכן בהר
ציון Οἱ λοιποὶ, ἰδοὺ ἐγὼ καὶ τὰ παιδία μου, ἃ δέδωκέ μοι ὁ κύριος εἰς σημεῖα, καὶ εἰς τέρατα ἐν Ἰσραὴλ παρὰ κυρίου τῶν δυνάμεων τοῦ κατοικοῦντος ἐν ὄρει Σιών. Ο. ἰδοὺ ἐγὼ καὶ τὰ παιδία ἅ μοι ἔδωκεν ὁ θεός, καὶ ἔσται σημεῖα καὶ τέρατα ἐν τῷ οἴκῳ Ἰσραήλ.

ידרש 19. Α. Θ. ἐκζητήσει. Ο. ἐκζητοῦσι.

ועבר בה נקשה ורעב והיה כי־ירעב והתקצף 21.
Σ. καὶ παρελεύσεται δι' αὐτοῦ ἐσκανδαλισμένος καὶ πεινάσει, ἔσται δὲ ὅταν πεινάσῃ καὶ παροξυνθῇ. Ο. καὶ ἥξει ἐφ' ὑμᾶς σκληρὰ λιμός, καὶ ἔσται ὡς ἂν πεινάσητε, λυπηθήσεσθε.

וקלל במלכו Α. Θ. καὶ καταράσεται ἐν τῷ βασιλεῖ αὐτοῦ. Σ. καὶ καταράσεται βασιλέα ἑαυτοῦ. Ο. καὶ κακῶς ἐρεῖτε τὸν ἄρχοντα.

ובאלהיו Σ. πάτραρχα εἴδωλα. Ο. καὶ τὰ πάτρια.

LXX. & appropinquabunt, & capientur.

16. 17 *H.* Liga contestationem: obsigna legem cum discipulis meis. Et præstolabor Dominum abscondentem facies suas a domo Jacob: & expectabo eum. *A.* Liga testimonium, signa legem in discipulis meis, & excipiam Dominum abscondentem faciem suam a domo Jacob, & expectabo eum. *S.* Liga testimonium: signa legem in præceptis meis. Et expectabo Dominum, abscondentem faciem suam a domo Jacob, & præstolabor eum. *LXX.* Tunc manifesti erunt, qui obsignant legem, ut non discant. Et dicet, expectabo Deum, qui avertit faciem suam a domo Jacob, & fidens ero super eum. *Vulg. Liga testimonium, signa legem in discipulis meis. Et expectabo Dominum, qui abscondit faciem suam a domo Jacob, & præstolabor eum.*

18. *Heb.* Ecce ego & nati, quos dedit mihi Dominus in signa, & in portenta in Israel a Domino exercituum, habitante in monte Sion. *Reliqui*, Ecce ego & pueri mei, quos dedit mihi Dominus in signa, & in portenta Israel a Domino virtutum, habitante in monte Sion. *LXX.* Ecce ego & pueri, quos mihi dedit Deus: & erunt signa & prodigia in domo Israel. *Vulg. Ecce ego & pueri mei, quos dedit mihi Dominus in signum, & in portentum Israel a Domino exercituum, qui habitat in monte Sion.*

19. *H. Vulg.* requiret. *A. Th.* exquiret. *LXX.* exquirunt.

21. *Hebr.* Et transibit per ipsam induratus, & esuriens: & erit cum esurierit, & irascetur. *S.* Et transibit ab eo scandalizatus, & esuriet. Erit autem cum esurierit & exacerbatus fuerit. *LXX.* Et veniet super vos dura fames: & erit ut esurieritis, contristabimini. *Vulg. Et transibit per eam, corruet & esuriet: & cum esurierit, irascetur.*

Heb. & maledicet in regem suum. *A. Th.* & maledicet in rege suo. *S. Vulg.* & maledicet regi suo. *LXX.* & maledicetis principem.

Heb. & in deum suum. *S.* patrarcha idola. *LXX.* paterna. *Vul. deo suo.*

Notæ & variæ Lectiones ad Cap. VIII. Hesaïæ.

v. 1. Α. κεφαλίδα &c. Ex Eusebio in Hesaïam, qui habet, ἢ τεῦχος, ἢ διφθέρωμα, ἢ κεφαλίδα κατὰ τοὺς λοιπούς. quæ verba ex Eusebio, ut videtur, desumta repetit Procopius. Et ex Curterio, apud quem Aquilæ & Symmachi tantum lectiones habentur sic, Α. κεφαλίδα μεγάλην. Σ. τεῦχος μέγα. Κεφαλίδα, ad literam *capitulum*; sed hîc usurpatur pro volumine.

v. 2. Curterius ex Ms. Jes. οἱ Γ. τὸν ἱερέα.

v. 4. Ἀλλ. τὴν δύναμιν. Articulum τὴν cum asterisco notat ad marginem Curterius, ut indicetur sic in Hexaplari τῶν Ο. Editione restitutum fuisse.

Ibid. Α. εἰς πρόσωπον &c. Euseb. Demonstr. Evang. p. 331.

v. 5. ※ λέγων. Sic cum asterisco in margine habet Curterius, quo notatur id a LXX. omissum ex aliis Editionibus positum fuisse.

v. 6. Σ. ἀπεδοκίμασαν. Procopius.

Ibid. Curterius, οἱ Γ. Σιλωάμ.

Ibid. In textu τῶν Ο. Ms. Jes. legitur Ῥαασών. Ad marg. οἱ Γ. Ῥασιν, & sic habetur in Edit. Rom. Proclivis est commutatio τοῦ י in ו

v. 8. Ad illud; τὸ πλάτος τῆς χώρας σου, notat Curterius ex Ms. Jes. οἱ Γ. ὅμως. lege ὁμοίως.

v. 9. Hieronymus: *Pro* congregamini, *sive* infirmamini, *&* confringimini, *ut interpretati sunt alii; LXX. posuerunt*, scitote. *Verbum enim Hebraïcum* ROU, *propter* RES *literæ &* DALETH *similitudinem, intellexerunt* DOU. Cum his pugnare videtur Theodoretus, qui ait. Σαφέστερον δὲ οἱ τρεῖς ἡρμήνευσαν τὸ χωρίον τοῦτο· συναθροίσθητε λαοὶ καὶ ἡττᾶσθε &c ubi consequenter hunc & sequentem versum secundùm trium interpretationem adfert. Certum quidem est οἱ τρεῖς & οἱ Γ. significare Aquilam, Symmachum, & Theodotionem. Hieronymus vero, cum tres alias inter-

pretationes memorat, intelligit fortasse Aquilæ & Symmachi secundas Editiones, vel Syrum; vel si tres illos Interpretes intelligat, dicendum erit Theodoretum hîc trium simul interpretationem adferre, neglectâ quarumdam vocum discrepantiâ: quod sæpissime contigisse jam passim vidimus. Et hanc verisimiliorem esse sententiam existimo.

v. 10. οἱ Γ. βουλεύσασθε &c. Theodoretus.

Ibid. In Mſ. Jeſ. notatur ad marg. in hæc verba, μεθ' ἡμῶν ὁ θεός. Ἡ Ἑβραϊκὴ λέξις ἀντὶ τοῦ, μεθ' ὑμῶν (l. ἡμῶν) ὁ θεός, ἐμμανουὴλ περιέχει, καὶ αὖθις ἐν τῷ τέλει, πρὸς τὸ λέγεσθαι, καὶ λόγον ὃν λαλήσητε οὐ μὴ ἐμμείνῃ ὑμῖν, ὅτι μεθ' ἡμῶν ὁ θεός, ἐμμανουὴλ εἴρηται. & postea, Α. Θ. μεθ' ἡμῶν ὁ ἰσχυρός. His significatur hoc loco, ubi Interpretes vertunt μεθ' ἡμῶν ὁ θεός, *nobiſcum Deus*, in Hebræo haberi EMMANUEL, perinde atque supra cap. 7. v. 14. ubi Interpretes Ἐμμανουὴλ posuerant.

v. 11. Σ. εἶπεν κύριος πρός με &c. Procopius.

v. 12. Σ. οὐκ ἐρεῖτε, ἀντάρσις &c. Ex Procopio. Hieronymus in hunc locum: *Noli duorum Regum timere conjurationem: sed hoc magis considera, quod omne quod loquitur hic populus adversum me, conjuratio sit. Et secundùm Symmachum, qui interpretatus est* ἀντάρσιν, *in me exstiterit perduellio.* LXX. qui vertunt σκληρὸν, *durum*, videntur legiſſe קשה pro קשר

v. 13. Α. Θ. τὸν κύριον. Sic Curterius ex Mſ. Jeſ. qui τὸν præmiſſo asterisco habet.

Ibid. Σ. Θ. τῶν δυνάμεων, item cum asterisco. Idem.

v. 14. Α. καὶ εἰς στερεὸν &c. Hæ lectiones prodeunt ex Mſ. Jeſ. & ex Procopio.

v. 15. Α. σκανδαλισθήσονται &c. Theodoretus.

Ibid. Σ. καὶ παγιδευθ- Procopius.

v. 16. Α. ἔνδησον &c. Ex Demonstr. Evang. Eusebii, p. 450.

v. 18. οἱ λοιπ. ἰδοὺ ἐγὼ &c. Procopius. Codex vero Jeſ. ad marg. Θ. Α. ἔδωκέ μοι. Σ. Α. ὁμοίως τοῖς Ο. Sed Theodoretus pleniorem habet lectionem.

v. 19. Α. Θ. ἐκζητήσει. Curterius.

v. 21. Σ. καὶ παρελεύσεται &c. Procopius.

Ibid. Α. Θ. καὶ καταράσεται &c. Codex Jeſ. & Procopius.

Ibid. Σ. πάτραρχα εἴδωλα. Sic unus Codex. Curterius ex Cod. Jeſ. paulo aliter hæc postrema adfert: διὸ δὴ καὶ οἱ τρεῖς, Ἀκύλας καὶ Σύμμαχος καὶ Θεοδοτίων οὕτως ἡρμήνευσαν· καὶ καταράται ἐν βασιλείᾳ αὐτοῦ καὶ ἐν θεοῖς αὐτοῦ. Sed jam ſæpe diximus duas fuiſſe Symmachi Editiones; ex altera vero prodiiſſe potuit illud πάτραρχα εἴδωλα. ubi notandum est LXX. Interpretes infra, cap. 37. v. 39. vocem אלהים vertere πάτραρχον, quod significare videtur patriæ principem, vel ducem.

HESAIÆ CAP. IX

1. בעת הראשון הקל ארצה זבלון וארצה נפתלי ואחרון הכביד דרך הים עבר הירדן גליל הגוים Σ. καὶ οἱ λοιποί, ὁ πρῶτος ἐτάχυνεν γῆν Ζαβουλὼν, καὶ γῆν Νεφθαλεὶμ, καὶ ὁ ἔσχατος ἐβάρυνεν ὁδὸν τὴν κατὰ θάλασσαν. Α. Θ. ὁδὸν θαλάσσης πέραν τοῦ Ἰορδάνου, ὅριον τῶν ἐθνῶν. Α. θῖνας τῶν ἐθνῶν. Ο. τοῦτο πρῶτον πίε, ταχὺ ποίει χώρα Ζαβουλὼν, ἡ γῆ Νεφθαλεὶμ, καὶ οἱ λοιποὶ οἱ τὴν παραλίαν, καὶ πέραν τοῦ Ἰορδάνου Γαλιλαία τῶν ἐθνῶν.

1. *Heb.* Secundum tempus primum alleviavit terram Zabulon & terram Nephthali & postremum aggravari fecit viam maris trans Jordanem Galil gentium. *S. & Reliqui.* Primus acceleravit terram Zabulon & terram Nephthalim: & ultimus aggravavit viam, quæ juxta mare est. (*A. Th.* viam maris) trans Jordanem, terminum gentium. *A.* oras gentium. *LXX.* Hoc primum bibe: cito fac, regio Zabulon, terra Nephthalim, & cæteri, qui maritima & trans Jordanem, Galilæa gentium. *Vulg. Primo tempore alleviata est terra Zabulon, & terra Nephthali: & noviſſimo aggravata est via maris trans Jordanem Galilææ gentium.*

הרבית הגוי לא הגדלת השמחה 3. Σ. ἐπλήθυνας τὸ ἔθνος, ὃ οὐκ ἐμεγάλυνας. Ο. τὸ πλεῖστον τοῦ λαοῦ, ὃ κατήγαγες ἐν εὐφροσύνῃ σου. Θ. τὸ πλῆθος.

3. *Hebr. Vulg.* Multiplicasti gentem, non magnificasti lætitiam. *S.* Multiplicasti gentem, quam non magnificasti. *LXX.* Plurima pars populi, quam deduxisti in lætitia tua. *Th.* multitudo.

השמחה שמחו לפניך כשמחת בקציר Σ. εὐφροσύνῃ εὐφράνθησαν ἐνώπιόν σου, ὡς εὐφροσύνῃ ἐν θερισμῷ. Ο. καὶ εὐφρανθήσονται ἐνώπιόν σου, ὡς οἱ εὐφραινόμενοι ἐν ἀμήτῳ.

Hebr. lætitiam: Lætati sunt ad facies tuas secundum lætitiam in meſſe *S.* Lætitia lætati sunt in conspectu tuo, sicut lætitia in meſſe. *LXX.* Et lætabuntur in conspectu tuo, sicut qui lætantur in meſſe. *Vulg. lætitiam, Lætabuntur coram te, sicut qui lætantur in meſſe.*

הנגש 4. Ο. ἀπαιτούντων. Θ. ἀπαιτοῦντος. Αλλ. ἀπειθούντων.

4. *Hebr. Th. Vulg.* exactoris. *LXX.* exigentium. *Alius*, inobsequentium.

5. כי כל-סאון סאן ברעש ושמלה מגוללה בדמים והיתה לשרפה מאכלת אש Σ. πᾶσα βία ἐβιάσθη ἐν σεισμῷ, καὶ περιβόλαιον ἐφύρη ἐν αἵματι, καὶ ἔσται εἰς καῦσιν, καὶ εἰς κατάβρωμα πυρός. Ο. ὅτι πᾶσαν στολὴν ἐπισυνηγμένην δόλῳ, καὶ ἱμάτιον μετὰ καταλλαγῆς ἀποτίσουσι, καὶ θελήσουσιν, εἰ ἐγένοντο πυρίκαυστοι.

5. *Hebr.* Quia omnis pugna confligentis in strepitu, & vestimentum involutum in sanguinibus erit ad combustionem, cibus ignis. *S.* Omnis vis violenter adhibita est in concuſſione, & amictus volutatus est in sanguine, & erit in combustionem & in cibum ignis. *LXX.* Quia omnem stolam congregatam dolo, & vestimentum cum commutatione restituent: & cupient, si fiant igne combusti. *Vul. Quia omnis violenta prædatio cum tumultu, & vestimentum mistum sanguine erit in combustionem, & cibus ignis.*

המשרה

6. כי־ילד ילד־לנו בן נתן־לנו ותהי המשרה על־שכמו ויקרא שמו פלא יועץ אל גבור אבי־עד שר־שלום A. ὅτι παιδίον ἐγεννήθη ἡμῖν, υἱὸς ἐδόθη ἡμῖν, καὶ ἐγένετο τὸ μέτρον ἐπ' ὤμου αὐτοῦ. καὶ ἐκλήθη (al. ἐκάλεσε) τὸ ὄνομα αὐτοῦ θαυμαστὸς; σύμβουλος, ἰσχυρὸς, δυνατὸς, πατὴρ ἔτι, ἄρχων εἰρήνης. Σ. νεανίας γὰρ ἐγεννήθη ἡμῖν, υἱὸς ἐδόθη ἡμῖν, καὶ ἔσται ἡ παιδεία αὐτοῦ ἐπὶ τοῦ ὤμου αὐτοῦ, καὶ κληθήσεται τὸ ὄνομα αὐτοῦ παραδοξασμὸς, βουλευτικὸς, ἰσχυρὸς, δυνατὸς, πατὴρ αἰῶνος, ἄρχων εἰρήνης. O. ὅτι παιδίον ἐγεννήθη ἡμῖν, υἱὸς καὶ ἐδόθη ἡμῖν, οὗ ἡ ἀρχὴ ἐγενήθη ἐπὶ τοῦ ὤμου αὐτοῦ, καὶ καλεῖται τὸ ὄνομα αὐτοῦ, μεγάλης βουλῆς ἄγγελος· ἄξω γὰρ εἰρήνην ἐπὶ τοὺς ἄρχοντας καὶ ὑγίειαν αὐτῷ. Θ. . . . . καὶ ἔσται ἡ παιδεία αὐτοῦ ἐπὶ τοῦ ὤμου αὐτοῦ, καὶ ἐκάλεσε τὸ ὄνομα αὐτοῦ θαυμαστῶς βουλεύων, ἰσχυρὸς, δυνάστης, πατὴρ αἰῶνος, ἄρχων εἰρήνης.

7. למרבה המשרה A. πολλῆς τῷ μέτρῳ. O. μεγάλη ἡ ἀρχὴ αὐτοῦ. Θ. ἐπληθυνώθη παιδεία. Αλλ. Θ. τοῦ πληθυνθῆναι τὴν παιδείαν.

ולשלום אין קץ A. καὶ τῆς εἰρήνης αὐτοῦ οὐκ ἔστι πέρας. O. καὶ τῆς εἰρήνης αὐτοῦ οὐκ ἔστιν ὅριον. Θ. καὶ τῆς εἰρήνης αὐτοῦ οὐκ ἔσται τέλος.

ועד־עולם קנאת A. καὶ ἕως αἰῶνος, ζῆλος. O. καὶ εἰς τὸν αἰῶνα, ζῆλος.

8. דבר A. ῥῆμα. Οἱ λοιποὶ, τὸν λόγον. O. θάνατον.

10. שקמים O. συκαμίνους, ἀπὸ συκαμίνων, ἢ συκομόρων κατὰ τοὺς λοιπούς.

11. את־איביו O. τοὺς ἐχθροὺς ※ A. Σ. Θ. αὐτοῦ.

12. פלשתים Οἱ λοιποὶ, τοὺς Φιλιστιείμ. O. τοὺς Ἕλληνας.

14. ויכרת A. καὶ ὀλοθρεύσει. Σ. καὶ ἐξολοθρεύσει. O. καὶ ἀφεῖλε. Θ. καὶ ἀφελεῖ.

15. ונשוא פנים Σ. καὶ αἰδέσιμον. O. καὶ τοὺς τὰ πρόσωπα θαυμάζοντας.

הוא הראש οἱ Δ. αὐτὸς κεφαλή. O. αὕτη ἡ ἀρχή.

17. את־יתמיו ואת־אלמנותיו A. Σ. Θ. τοὺς ὀρφανοὺς αὐτοῦ καὶ τὰς χήρας αὐτοῦ. O. τοὺς ὀρφανοὺς αὐτῶν καὶ τὰς χήρας αὐτῶν.

21. ידו A. Σ. Θ. ἡ χεὶρ ※ αὐτοῦ. O. ἡ χείρ.

6. *Heb.* Quia gnatus natus est nobis, filius datus est nobis, & erit principatus super humerum ejus, & vocabitur nomen ejus admirabilis, consiliarius, Deus, fortis, pater æternitatis, princeps pacis. *A.* Quia puer natus est nobis, filius datus est nobis, & facta est mensura super humerum ejus: & vocatum est (*al.* vocavit) nomen ejus, admirabilis, consiliarius, fortis, potens, pater adhuc, princeps pacis. *S.* Adolescens enim datus est nobis, filius datus est nobis; & erit disciplina ejus super humerum ejus, & vocabitur nomen ejus, admirabilitas, consiliarius, fortis, potens, pater sæculi, princeps pacis. *LXX.* Quia parvulus natus est nobis, filius & datus est nobis, cujus principatus factus est super humerum ejus: & vocatur nomen ejus magni consilii Angelus. Adducam enim pacem super principes, & sanitatem ei. *Th.* . . . . & erit disciplina ejus super humerum ejus: & vocavit nomen ejus admirabiliter consulens, fortis, potens, pater sæculi, princeps pacis. *Vulg. Parvulus enim natus est nobis, & filius datus est nobis; & factus est principatus super humerum ejus: & vocabitur nomen ejus admirabilis, consiliarius, Deus, fortis, pater futuri sæculi, princeps pacis.*

7. *Heb.* ad multiplicandum principatum. *A.* multæ mensura. *LXX.* magnus principatus ejus. *Th.* multiplicata est disciplina. (*al. Th.* ad multiplicandam disciplinam. *Vul. multiplicabitur ejus imperium.*

H. & ad pacem non finis. *A.* & pacis ejus non est finis. *LXX.* & pacis ejus non est terminus. *Th.* & pacis ejus non erit finis. *Vulg. & pacis non erit finis.*

Heb. A. & usque in sæculum zelus. *LXX.* & in sæculum zelus. *Vul. & usque in sempiternum, zelus.*

8. *Hebr. A. Reliqui, Vul.* verbum. *LXX.* mortem.

10. *H.* sycomori. *LXX.* sycaminos. *Reliqui, Vulg.* sycomoros.

11. *Heb. Vul.* inimicos ejus. *LXX.* inimicos ※ *A. S. Th.* ejus.

12. *Heb.* Philisthiim. *Reliqui, Vul.* Philisthiim. *LXX.* Græcos.

14. *Heb.* & excidet. *A.* & perdet. *S. Vulg.* & disperdet. *LXX.* & abstulit. *Th.* & auferet.

15. *Heb.* & acceptus facie. *S. Vulg.* & honorabilis. *LXX.* & eos qui facies admirantur.

Heb. & quatuor Int. ipse caput. *LXX.* hoc est principium. *Vul. ipse est caput.*

17. *Hebr.* & pupillorum ejus, & viduarum ejus. *A. S. Th.* pupillos ejus & viduas ejus. *LXX.* pupillos eorum & viduas eorum. *Vul. & pupillorum ejus & viduarum.*

21. *H. A. S. Th. Vul.* manus ejus. *LXX.* manus.

Notæ & variæ Lectiones ad Cap. IX. Hesaïæ.

v. 1. Σ. καὶ οἱ λοιποὶ, ὁ πρῶτος ἐτάχυνεν &c. Sic Procopius, qui dicit Reliquos Interpretes ut Symmachum habuisse, quia non tantum differebant a Symmacho, quantum a LXX. Interpretibus. Cod. unus tamen notat A. & Th. habuisse, ὁδὸν θαλάσσης. Hieronymus & Procopius aiunt Aquilam legisse, θῖνας τῶν ἐθνῶν Hieronymus: *Pro* Galilæa gentium, *Aquila* θῖνας gentium; *Symmachus* terminos gentium *interpretati sunt.*

v. 3. Σ. ἐπλήθυνας τὸ ἔθνος &c. Lectionem Symmachi habet Procopius; Theodotionis Curterius. In hunc locum ait Hieronymus Alios, *magnificasti*, vertisse. Hîc LXX. negativam לא vel non legerunt, vel pro particula לו habuerunt; quod etiam alibi contigit. Symmachus vocem שמחה cum sequenti שמחו conjungit, εὐφροσύνη εὐφρανθήσονται, *lætitia lætabuntur.* Alii cum præcedenti copulant.

Ibid. Σ. εὐφροσύνη &c. Sic Eusebius Comment. in Hesaïam.

v. 4. Θ. ἀπαιτοῦντος &c. Eusebius. Hieronymus vero ait Theodotionem vertisse *exactorem.*

v. 5. Σ. πᾶσα βίᾳ ἐβιάσθη &c. Ex Procopio.

v. 6. A. ὅτι παιδίον &c. Has lectiones mutuamur ex Curterio, Eusebio & Theodoreto, qui ait illud Aquilæ, ἰσχυρὸς δυνατὸς, sic Hebraïce exprimi ελ γεβώρ. Procopius vero, ηλ γιββώρ. Eusebius ait in Demonstrat. Evang. Symmachum habere, νεανίας γὰρ ἐδόθη. Sed præstat lectio Curterii ex Cod. Jes. νεανίας γὰρ ἐγεννήθη. Hallucinatur porro Drusius cum ait in Procopio, id est, in Editione textûs Hesaïæ a Jo. Curterio ex Cod. Jes. cum Procopio posita, legi παρεγεννήθη: nam ibi mendose legitur Παρεγεννήθη pro γὰρ ἐγεννήθη, ut liquet. In illud Aquilæ, μέτρον, Hieronymus: *Aquila verbi ambiguitate deceptus* μέτρον, *i.* mensuram, *interpretatus est, quæ Hebraïcè & Latinè eodem appellatur nomine.* Quæ nota pertinet etiam ad versum sequentem. משרה *misra*, est principatus: משורה *mesura*, est mensura. Primo autem modo legitur.

v. 7. A. πολλῆς τοῦ μέτρου. Curterius ex Ms. Jes. & ibid. Θ. καὶ ἐπληθύνθη παιδεία, pro ἐπληθύνθη. Sed Eusebius in Demonstr. Evang. habet, Θ. τοῦ πληθῦναι τὴν παιδείαν.

Ibid. A. καὶ τῆς εἰρήνης &c. Eusebius in Demonstrat. Evang. Theodotionis vero lectionem adfert idem in Comment.

Ibid. A. καὶ ἕως αἰῶνος ὁ ζῆλος. Curterius ex Ms. Jes.

v. 8. A. ῥῆμα &c. Ex Curterio & Procopio. Cyrillus, λόγον ἀπέστειλε ἐπὶ Ἰακὼβ, κατὰ τὴν ἔκδοσιν τῶν Ἑβραίων.

v. 10. O. συκαμίνους ἀπὸ συκαμίνων, ἢ συκομόρων κατὰ τοὺς λοιπούς. Ex Eusebii Commentario in Hesaïam.

v. 11. A. Σ. Θ. τοὺς ἐχθροὺς αὐτοῦ. Curterius, cum asterisco ad vocem, αὐτοῦ.

v. 12. οἱ λοιπ. τοὺς Φιλιστιείμ. Sic unus Codex.

v. 14. A. καὶ ὀλοθρεύσει &c. Ex Procopio & Eusebio.

v. 15. Σ. καὶ αἰδέσιμον. Sic Eusebius in Hesaïam, & Procopius.

Ibid. οἱ Δ. αὐτὸς κεφαλή. Curterius. Vide quæ diximus in Præliminaribus de nota οἱ Δ.

v. 17. Curterius ex Ms. Jes. οἱ Γ. bis αὐτοῦ pro αὐτῶν, quod habetur in τοῖς O.

v. 21. οἱ Γ. αὐτοῦ. Curterius.

HESAIÆ CAP. X.

2. להטות מדין דלים ולגזל משפט עניי עמי להיות אלמנות שללם ואת־יתומים יבזו O. ἐκκλίνοντες κρίσιν πτωχῶν, ἁρπάζοντες κρίμα πενήτων τοῦ λαοῦ μου, ὥστε εἶναι αὐτοῖς χήραν εἰς διαρπαγὴν, καὶ ὀρφανὸν εἰς προνομήν. Aλλ. διαστρέφοντες τὸ δίκαιον κρίμα ἐπὶ τῶν πτωχῶν, καὶ διαρπάζοντες τὰ τῶν πενήτων τοῦ λαοῦ, ὥστε εἶναι αὐτοῖς χήραν εἰς κατάβρωμα καὶ ὀρφανὸν εἰς κέρδος.

2. Hebr. ad pervertendum judicium tenuium, & ad rapiendum judicium afflictorum populi mei, ut essent viduæ spolia eorum, & pupillos diriperent. *LXX.* declinantes judicium inopum, rapientes causam pauperum populi mei; ita ut sit ipsis vidua in direptionem, & pupillus in prædam. *Alius*, pervertentes justum judicium super pauperibus, & diripientes quæ sunt inopum populi; ita ut sit eis vidua in cibum, & pupillus in lucrum. *Vulg. ut opprimerent in judicio pauperes, & vim facerent causæ humilium populi mei: ut essent viduæ præda eorum, & pupillos diriperent.*

לגזל משפט A. Σ. Θ. ※ καὶ: ἁρπάζοντες κρίσιν. O. ἁρπάζοντες κρίμα.

Hebr. ad rapiendum judicium. *A. S. Th.* & rapientes judicium. *LXX.* rapientes causam. *Vulg. & vim facerent causæ.*

בלתי כרע תחת אסיר 4. A. Σ. . . . . . . αἰχμαλωσίαν. O. τοῦ μὴ ἐμπεσεῖν εἰς ἀπαγωγήν. Θ. τοῦ μὴ κάμψαι ὑπὸ δεσμόν.

4. *Heb.* absque me corruit sub vinctum. *A. S.* . . . . captivitatem. *LXX.* ut non incidatis in abductionem. *Th. Vulg.* ne incurvemini sub vinculo.

ותחת הרוגים יפלו ※ Θ. καὶ ὑποκάτω ἀνῃρημένων πεσοῦνται.

H. ※ *Th.* & sub interfectis cadent. *Vul. & cum interfectis cadatis.*

אף O. ἡ ὀργή. Aλλος, θυμός.

Heb. Alius, Vul. furor. *LXX.* ira.

לשלל שלל 6. O. ποιῆσαι σκῦλα ※ A. Θ. τοῦ: ποιῆσαι σκῦλα.

6. *Hebr.* ad spoliandum spolium. *LXX.* ut faciat spolia. ※ *A. Th.* ad faciendum spolia. *Vulg. ut auferat spolia.*

גוים לא מעט 7. A. ἔθνη οὐκ ὀλίγως. Σ. O. Θ. οὐκ ὀλίγα.

7. *Hebr. A.* gentes non parum. *S. LXX. Th.* non paucas. *Vul. gentium non paucarum.*

כאשר מצאה ידי לממלכת האליל 10. O. ὃν τρόπον ταύτας ἔλαβον, καὶ πάσας τὰς ἀρχὰς λήψομαι. Θ. καθάπερ εὗρεν ἡ χείρ μου τὰς βασιλείας τοῦ εἰδώλου.

בכח ידי עשיתי 13. Σ. ἐν τῇ δυνάμει τῆς χειρός ἐποίησα. O. ἐν τῇ ἰσχύι ποιήσω.

ידי 14. Π. τῇ χειρί ※ μου. O. τῇ χειρί.

ופצה פה ומצפצף O. ἢ ἀντείπῃ μοι. ※ Θ. καὶ ἀνοίγων τὸ στόμα, καὶ στρουθίζων.

וקדושו ללהבה 17. Σ. καὶ ὁ ἅγιος αὐτοῦ εἰς φλόγα. O. καὶ ἁγιάσει αὐτὸν ἐν πυρί.

ואכלה שיתו ושמריו ביום אחד Σ. καὶ καταφάγεται τὰ ἀποκείμενα αὐτοῦ, καὶ τὰ πεφυλαγμένα αὐτοῦ ἐν ἡμέρᾳ μιᾷ. O. καὶ φάγεται ὡσεὶ χόρτον τὴν ὕλην ἐν ἡμέρᾳ ἐκείνῃ.

כבוד יערו וכרמלו מנפש ועד־בשר יכלה 18. והיה כמסס נסס Σ. καὶ ἡ δόξα τοῦ δρυμοῦ αὐτοῦ, καὶ τοῦ καρμήλου αὐτοῦ· ἀπὸ ψυχῆς ἕως σαρκὸς ἀναλωθήσεται, καὶ ἔσται ὡς τετμημένος φεύγων. O. ἀποσβεσθήσεται τὰ ὄρη καὶ οἱ βουνοὶ, καὶ οἱ δρυμοὶ, καὶ καταφάγεται ἀπὸ ψυχῆς ἕως σαρκῶν, καὶ ἔσται ὁ φεύγων ὡς ὁ φεύγων ἀπὸ φλογὸς καιομένης.

ושאר עץ יערו מספר יהיו ונער יכתבם 19. Σ. τὰ δὲ ἐπίλοιπα τῶν ξύλων τοῦ δρυμοῦ αὐτοῦ ἀριθμῷ ἔσονται, καὶ παιδίον γράψει αὐτά. O. καὶ οἱ καταλειφθέντες ἀπ' αὐτῶν ἀριθμὸς ἔσονται, καὶ παιδίον γράψει αὐτούς. A. παῖς. Θ. παιδάριον.

עמך 22. O. ὁ λαός. Θ. ὁ λαός σου.

ארני יהוה צבאות 23. A. κύριος ὁ θεὸς στρατιῶν. Σ. Θ. κύριος ※ ὁ θεὸς τῶν δυνάμεων. O. κύριος.

בקרב כל־הארץ Σ. Θ. ἐν μέσῳ πάσης τῆς γῆς. O. ἐν τῇ οἰκουμένῃ ὅλῃ.

בשבט יככה ומטהו ישא־עליך בדרך מצרים 24. Σ. ἐν ῥάβδῳ πλήξει σε, καὶ τὴν βακτηρίαν αὐτοῦ ἐπαρεῖ [A. ἀρεῖ] ἐπὶ σὲ διὰ τὴν ὁδὸν Αἰγύπτου. O. ὅτι ἐν ῥάβδῳ πατάξει σε· πληγὴν γὰρ ἐπάγω ἐπὶ σὲ τοῦ ἰδεῖν ὁδὸν Αἰγύπτου.

בצור עורב 26. A. ἐν πέτρᾳ Ὠρήβ. Σ. ἐν σοὺρ Χωρήβ. O. ἐν τόπῳ θλίψεως. Θ. σοὺρ Ὠρήβ.

וחבל על 27. O. καὶ καταφθαρήσεται ὁ ζυγός. Θ. καὶ διαφθαρήσεται κλοιός.

במגרון 28. A. Σ. κατὰ τὸ Ἑβραϊκὸν, Μαγρών. O. Μαγεδώ. Θ. Μαγεδών.

מלון 29. A. αὐλιστήριον. Σ. αὐλισμός. In O.

10. *Hebr.* Quemadmodum invenit manus mea ad regna vanitatis. *LXX.* Sicut has cepi, sic omnes principatus capiam. *Th.* Sicut invenit manus mea regna idoli. *Vulg.* *Quomodo invenit manus mea regna idoli.*

13. *Heb. Vul.* in fortitudine manus meæ feci. *S.* in virtute manus feci. *LXX.* in fortitudine faciam.

14. *Heb. Vul.* manus mea. *Omnes*, manu mea. *LXX.* manu.

Hebr. & aperiens os, & garriens. *LXX.* aut contradicat mihi. ※ *Th.* & aperiens os, & sicut passer stridens. *Vul. & aperiret os, & ganniret.*

17. *Heb. S.* & sanctus ejus in flammam. *LXX.* & sanctificabit eum in igne. *Vulg. & sanctus ejus in flamma.*

Hebr. & devorabit spinam ejus, & veprem ejus in die una. *S.* & devorabit reposita ejus, & quæ ab ipso servantur in die una. *LXX.* & comedet sicut fœnum sylvam die illa. *Vulg. & devorabitur spina ejus, & vepres ejus in die una.*

18. *Heb.* Gloria sylvæ ejus & Carmeli ejus ab anima, & usque ad carnem consumet: & erit sicut liquescere vexilliferum. *S.* & gloria sylvæ ejus, & Carmeli ejus, ab anima usque ad carnem consumetur, & erit tamquam cæsus fugiens. *LXX.* Extinguentur montes, & colles, & saltus, & devorabit ab anima usque ad carnes; & erit qui fugit quasi qui fugit a flamma ardenti. *Vulg. Et gloria saltus ejus & Carmeli ejus ab anima usque ad carnem consumetur; & erit terrore profugus.*

19. *H.* Et residuum lignum sylvæ ejus, numerus erunt: & puer scribet ea. *S.* Residua autem lignorum sylvæ ejus numero erunt: & puer scribet ea. *LXX.* Et qui relicti sunt ab eis numerus erunt: & puer scribet eos. *A.* puer. *Th.* puerulus. *Vul. Et reliquiæ ligni saltûs ejus præ paucitate numerabuntur: & puer scribet eos.*

22. *Heb. Th. Vul.* populus tuus. *LXX.* populus.

23. *Hebr.* Dominus, Dominus exercituum. *A. Vulg.* Dominus Deus exercituum. *S. Th.* Dominus Deus virtutum. *LXX.* Dominus.

Hebr. S. Th. Vulg. in medio universæ terræ. *LXX.* in orbe toto.

24. *Hebr. Vul.* In virga percutiet te, & baculum suum levabit super te in via Ægypti. *S.* in virga percutiet te, & baculum suum elevabit (*A.* elvabit) super te per viam Ægypti. *LXX.* Quia in virga percutiet te: plagam enim inducam super te ad videndum viam Ægypti.

26. *Hebr. A. Vulg.* in petra Oreb. *S.* in Sur Choreb. *LXX.* in loco tribulationis. *Th.* Sor Oreb.

27. *Heb. LXX.* & corrumpetur jugum. *Th.* & corrumpetur catena, *sive* jugum. *Vul. & computrescet jugum.*

28. *Heb.* in Magron. *A. S. secundum Hebraïcum*, Magron. *LXX.* Maggedo. *Th.* Maggedon. *Vulg. Magron.*

29. *Hebr. Th.* diversorium. *A.* habitaculum.

vacat. Θ. καταλυμα. — S. pernoctatio. *In LXX. vacat. Vul. sedes.*

צהלי קולך 30. ※ χρεμέτισον φωνῇ σου. — 30. *Heb.* Intona vocem tuam. ※ *Vulg.* hinni voce tua.

לישה Α. ἐν λαΐς. Ο. λαϊσά. Θ. ἐν λεΐς. — *Heb. LXX. Vul.* Laïsa. *A.* in Laïs. *Th.* in Leïs.

פארה 33. Α. κεραμεῖον. Σ. Θ. ληνόν. Ο. τοὺς ἐνδόξους. — 33. *Heb.* ramum. *A.* figlinam. *S. Th.* torcular. *LXX.* gloriosos. *Vulg. laguncùlam.*

והגבהים ישפלו Α. Σ. Θ. καὶ οἱ μετέωροι ταπεινωθήσονται. Ο. καὶ οἱ ὑψηλοὶ ταπεινωθήσονται. — *H. A. S. Th. Vul.* & sublimes humiliabuntur. *LXX.* & excelsi humiliabuntur.

Notæ & variæ Lectiones ad Cap. X. Hesaïæ.

v. 2. Ἀλλ. διαστρέφοντες τὸ δίκαιον κρίμα &c. Ex Ms. quodam Basilii in Isaïam.

Ibid. Curterius ad vocem ἁρπάζοντες ex Ms. Jes. notat ad marg. cum asterisco, οἱ Γ. καί. Ibid. pro κρίμα πενήτων, in textu legitur χρήματα πενήτων. Ad marg. vero, οἱ Γ. κρίσιν.

v. 4. Α. Σ. αἰχμαλωσίαν. Theodoretus, qui sic habet: ἀπαγωγὴν ἐκάλεσε τὴν αἰχμαλωσίαν· οὕτω γὰρ ὁ Σύμμαχος ἡρμήνευσε, καὶ οἱ λοιποὶ ὁμοίως. Curterius ex Ms. Jes. notat ibidem, Ο. τοῦ μὴ κάμψαι &c. ut supra.

Ibid. Θ. cum asterisco, καὶ ὑποκάτω &c. Curterius.

Ibid. Curterius in textu θυμός: ad marginem vero, οἱ Ο. ἡ ὀργή.

v. 6. Α Θ. τοῦ. Curterius, præmisso asterisco. Illud, ποιῆσαι, non puto esse Aquilæ.

v. 7. In Cod. Jes. sic legitur, Α. ἔθνη οὐκ ὀλίγως. Θ. Σ. ὁμοίως τοῖς Ο. Curterius vero male, Α. Σ. Θ. ὅμως τε Ο. ἔθνη οὐκ ὀλίγως.

v. 10. Θ. καθάπερ εὗρον &c. Curterius. In Ms. Jes. in textu τῶν Ο. habetur χώρας, ad marg. vero ἀρχάς.

v. 13. Σ. ἐν τῇ δυνάμει &c. Eusebius in Hesaïam.

v. 14. Curterius ex Ms. Jes. Π. μου, cum asterisco ante μου.

Ibid. Θ. καὶ ἀνοίγων &c. præmisso asterisco. Idem.

v. 17. Σ. καὶ ὁ ἅγιος &c. Procopius, & Eusebius in Hesaïam.

Ibid. Σ. καὶ καταφάγεται &c. Idem Procopius.

v. 18. Σ. καὶ ἡ δόξα τοῦ δρυμοῦ &c. Idem.

v. 19. Σ. τὰ δὲ ἐπίλοιπα &c. Idem. Curterius vero ex Ms. Jes. notat, Σ. παιδίον. Θ. παιδάριον. Α. παῖς.

v. 22. Curter. Θ. Ο. λαός σου.

v. 23. Cod. Jes. Α. στρατειῶν. Θ. Σ. ὁμοίως τοῖς Ο. κύριος τῶν δυνάμεων. Curterius male Θ. Σ. ὅμως τε οἱ Ο.

Ibid. Σ. Θ. ἐν μέσῳ πάσης τῆς γῆς. Sic unus Codex.

v. 24. Σ. ἐν ῥάβδῳ πλήξει σε &c. Procopius & Theodoretus, qui legit πατάξει pro πλήξει: & infra, ἐπάγει pro ἐπάρει. Curterius, Α. ἀρεῖ. Ο. Σ. ἐπαρεῖ. Scilicet LXX. sic habuerunt in Editione Hexaplari.

v. 26. Α. ἐν πέτρᾳ Ὠρήβ. Hieronymus de locis Hebraïcis. Symmachi vero lectionem habet Procopius.

v. 27. Θ. καὶ διαφθαρήσεται κλοιός. Curterius ex Ms. Jes.

v. 28. Α. Σ. κατὰ τὸ Ἑβραϊκὸν Μαγρών. Curterius. LXX. qui habent Μαγγεδώ, & Θ. qui legit Μαγγεδών, ד pro ר legerunt: quæ mutatio τοῦ ר in ד & vicissim frequentissima occurrit, ut exemplis probatur in Præliminaribus.

v. 29. Α. αὐλισήριον &c. Curterius. Quod sequitur autem ibidem post singulorum interpretationem ὅμως οἱ Γ. vel melius ὁμοίως οἱ Γ. ad notam versus sequentis pertinent χρεμέτισον &c. ita ut significetur tres Interpretes sic habuisse Hebraïcum מלון לנו hîc alio modo legisse videntur LXX. apud quos habetur καὶ ἥξει εἰς Ἀγγαί. Postremam autem vocem לגי legerunt, ut putamus, unde Ἀγγαί.

v. 30. ※ χρεμέτισον φωνῇ σου. Sic Curterius ex Ms. Jes. ubi trium lectio exprimitur, ut jam diximus.

Ibid. In Ms. Jes. ex Curterio. Θ. Λεΐς. Α. Λαΐς. Α. καὶ τὸ Ἑβραϊκόν, ὅμως τε Ο. lege, ὁμοίως τοῖς Ο. Suspicor autem hanc postremam notæ partem, Α. καὶ τὸ Ἑβρ. ad aliam vocem pertinere; nisi forte dicatur in LXX. Editione Hexaplari scriptum fuisse Λαΐς.

v. 33. Α. κεραμεῖον &c. Drusius.

Ibid. Α. Σ. Θ. καὶ οἱ μετέωροι &c. Curter. ex Ms. Jes. qui post hanc lectionem adjicit, ὅμως τε Ο. lege ὁμοίως τοῖς Ο. quia videlicet in Editione Hexaplari sic ex tribus Interpretibus emendatum fuerat.

HESAIÆ CAP. XI.

חטר 1. Α. ῥαβδίον. Ο. ῥάβδος. — 1. Hebr. LXX. Vulg. virga. *A.* virgula.

מגזע Α. Σ. Θ. ἀπὸ κορμοῦ. Ο. ἐκ τῆς ῥίζης. — *Hebr.* de stirpe. *A. S. Th.* de trunco. *LXX. Vulg.* de radice.

ונצר Α. (ἀκρέμονα.) Σ. Θ. (βλαστόν.) Ο. καὶ ἄνθος. — *H.* & surculus. *A.* (virgultum.) *S. Th.* & germen. *LXX. Vul.* & flos.

ולא־למראה עיניו ישפוט ולא־למשמע אזניו יוכיח 3. Σ. οὐ τῇ ὁράσει τῶν ὀφθαλμῶν αὐτοῦ κρινεῖ, οὐδὲ τῇ ἀκοῇ τῶν ὤτων αὐτοῦ ἐλέγξει. Ο. οὐ κατὰ τὴν δόξαν κρινεῖ, οὐδὲ κατὰ τὴν λαλιὰν ἐλέγξει. — 3. *Heb.* Nec ad visionem oculorum suorum judicabit, neque ad auditum aurium suarum arguet. *S.* Non visu oculorum suorum judicabit, neque auditu aurium suarum arguet. *LXX.* Non secundum opinionem judicabit, neque secundum loquelam arguet. *Vulg. Non secundum visionem oculorum judicabit, neque secundum auditum aurium arguet.*

והוכיח במישור לענוי־ארץ 4. Α. καὶ ἐλέγξει ἐν εὐθύτητι τοῖς πραέσι τῆς γῆς. Σ. καὶ ἐλέγξει ἐν εὐθύτητι πτωχοὺς γῆς. Ο. καὶ ἐλέγξει τοὺς ταπ- — 4. *H. A.* & arguet in rectitudine mansuetis terræ. *S.* & arguet in rectitudine pauperes terræ. *LXX.* & arguet humiles terræ. *Th.* & arguet in rectitudine humiles terræ. *Vulg. &*

πεινοὺς τῆς γῆς. Θ. καὶ ἐλέγξει ἐν εὐθύτητι τοὺς ταπεινοὺς τῆς γῆς.

arguet in æquitate pro mansuetis terræ.

5. והיה צדק אזור מתניו והאמונה אזור חלציו Σ. καὶ ἔσαι δικαιοσύνη περίζωμα τῆς ὀσφύος αὐτοῦ, καὶ ἡ πίστις περίζωμα τῶν λαγόνων αὐτοῦ. Ο. καὶ ἔσαι δικαιοσύνη ἐζωσμένος τὴν ὀσφὺν αὐτοῦ, καὶ ἀληθείᾳ εἰλημμένος τὰς πλευράς.

5. *H. S.* Et erit justitia cingulum lumborum ejus, & fides cingulum renum ejus. *LXX.* Et erit justitiâ cinctus lumbum suum, & veritate involutus costas. *Vulg. Et erit justitia cingulum lumborum ejus, & fides cinctorium renum ejus.*

7. ופרה ודב תרעינה יחדו ירבצו ילדיהן A. Θ. καὶ δάμαλις καὶ ἄρκος νεμεθήσονται ὁμοῦ, κατακλιθήσονται παιδία αὐτῶν. Σ. καὶ βοῦς καὶ ἄρκτος βοσκήσονται ὁμοθυμαδὸν, κατακλιθήσονται τὰ παιδία αὐτῶν. Ο. καὶ βοῦς καὶ ἄρκτος ἅμα βοσκηθήσονται, καὶ ἅμα τὰ παιδία αὐτῶν ἔσονται.

7. *H.* & vacca & ursa pascentur simul, accubabunt nati earum. *A. Th.* & vacca & ursa pascentur simul, claudentur parvuli eorum. *S.* & bos & ursus pascentur unanimiter, claudentur parvuli eorum. *LXX.* & bos & ursus pascentur simul, & simul catuli eorum erunt. *Vul. Vitulus & ursus pascentur: simul requiescent catuli eorum.*

כבקר A. Θ. ὡς βουκόλιον. Ο. ὡς βοῦς.

H. LXX. Vul. quasi bos. *A. Th.* quasi bucolium.

10. אשר עמד לנס עמים A. ὃς ἀνίσαται εἰς σύσσημον λαῶν. Σ. ὃς ἀνίσαται εἰς σύσσημον τῶν ἐθνῶν. Ο. καὶ ὁ ἀνιστάμενος ἄρχειν ἐθνῶν.

* 10. *H.* Quæ stans in vexillum populorum. *A.* Qui consurgit in signum populorum. *S.* Qui consurgit in signum gentium. *LXX.* Et qui consurgit, ut princeps sit gentium. *Vulg. Qui stat in signum populorum.*

מנחתו Π. ἡ ἀνάπαυσις αὐτοῦ.
כבוד A. Σ. δόξα. Ο. τιμή.

Omnes, requies ejus. *Vulg. sepulcrum ejus.*
Hebr. A. S. gloria. *LXX.* honor. *Vulg. gloriosum.*

11. והיה ביום ההוא יוסיף ארני שנית ידו לקנות את־שאר עמו אשר־ישאר מאשור A. καὶ ἔσαι ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ προσθήσει κύριος δεύτερον τὴν χεῖρα αὐτοῦ, τοῦ κτήσασθαι ὑπόλειμμα τοῦ λαοῦ αὐτοῦ, ὃ ὑπολειφθήσεται ἀπὸ τῶν Ἀσσυρίων. Σ. . . . . προσθήσει κύριος ἐκ δευτέρου τὴν χεῖρα αὐτοῦ τοῦ ζηλῶσαι τὸ ὑπόλειμμα τοῦ λαοῦ αὐτοῦ. . . . . . Ο. καὶ ἔσαι ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ προσθήσει ὁ κύριος τοῦ δεῖξαι τὴν χεῖρα αὐτοῦ, τοῦ ζηλῶσαι τὸ καταλειφθὲν ὑπόλοιπον τοῦ λαοῦ, ὃ ἂν καταλειφθῇ ὑπὸ τῶν Ἀσσυρίων. Θ.... τοῦ κτήσασθαι τὸ ὑπόλειμμα τοῦ λαοῦ αὐτοῦ, ὃ ἂν καταλίπῃ ἀπὸ τῶν Ἀσσυρίων.

11. *H.* Et erit in die illo: adjiciet Dominus secundo manum suam ad possidendum residuum populi sui, quod remanebit ab Assur. *A.* Et erit in die illa: adjiciet Dominus secundo manum suam, ad possidendum residuum populi sui, quod relinquetur ab Assyriis. *S.* . . adjiciet Dominus secundo manum suam ad zelandum residuum populi sui. . . . . . *LXX.* Et erit in die illa adjiciet Dominus ostendere manum suam, ad zelandum relictum residuum populi, quod relictum fuerit ab Assyriis. *Th.* . . . . ad possidendum residuum populi sui, quod relictum fuerit ab Assyriis. *Vulg. Et erit in die illa: adjiciet Dominus secundo manum suam ad possidendum residuum populi sui, quod relinquetur ab Assyriis.*

14. ארום ומואב משלוח ידם A. Ἰδουμαία καὶ Μωὰβ ἀποστολὴ χειρὸς αὐτῶν. Σ. Εδωμ καὶ Μωὰβ ἔκτασις χειρῶν αὐτῶν. Ο. καὶ Ἰδουμαίαν καὶ ἐπὶ Μωὰβ πρῶτον τὰς χεῖρας ἐπιβαλοῦσι. Θ. Ἰδουμαία, Μωὰβ ἔκτασις χειρῶν αὐτῶν.

14. *H.* Edom & Moab missio manus eorum. *A.* Idumæa & Moab missio manus eorum. *S.* Edom & Moab extensio manus eorum. *LXX.* Et Idumæam & super Moab primum manus mittent. *Th.* Idumæa, Moab extensio manus eorum. *Vul. Idumæa & Moab præceptum manus eorum.*

15. והחרים יהוה את לשון ים־מצרים A. Σ. Θ. καὶ ἀναθεματίσει κύριος τὴν γλῶσσαν θαλάσσης Αἰγύπτου. Ο. καὶ ἐρημώσει κύριος τὴν θάλασσαν Αἰγύπτου.

15. *Heb.* Et feriet anathemate Dominus linguam maris Ægypti. *A. S. Th.* Et anathematizabit Dominus linguam maris Ægypti. *LXX.* Et desolabit Dominus mare Ægypti. *Vulg. Et desolabit Dominus linguam maris Ægypti.*

Notæ & variæ Lectiones ad Cap XI. Hesaïæ.

v. 1. A. ῥαβδίον. Procopius.

Ibid. A. Σ. Θ. ἀπὸ κορμοῦ. Sic Eusebius in Hesaïam, & Hieronymus, qui interpretationem Latinam sic effert, *ex trunco.*

Ibid. Hieronymus: *Pro* flore, *qui Hebraïce dicitur* NESER, *Aquila, Symmachus & Theodotio* germen *transtulerunt.* Idem porro Hieronymus Hesaïæ 14. 19: NESER *proprie virgultum appellatur, quod ad radices arborum nascitur, & quasi inutile ab agricolis amputatur.* Drusius qui hæc loca adfert: adjicit: *In schedis meis* נצר *A.* ἀκρέμονα, *virgultum, Th.* βλαστόν. Hoe autem accepit ex Hieronymo, libro 6. in cap. 14. He-

ſaïæ, ubi legitur : *Theodotio*, germen : *Aquila*, ἀκρέμονα.

v. 3. Σ. ἐν τῇ ὁράσει &c. Procopius.

v. 4. Α. καὶ ἐλέγξει ἐν εὐθύτητι &c. Procopius & Druſius.

v. 5. Σ. καὶ ἔσαι δικαιοσύνη &c. Procopius.

v. 7. Α. Θ. καὶ δάμαλις καὶ ἄρκος νεμεθήσονται &c. Sic haud dubie legendum in Cod. Jeſ. Curterius omiſit illud, καὶ ἄρκος.

Ibid. Α. Θ. ὡς βουκόλιον. Curterius, Α. Θ. ὡς βουκόλιον ὅμως τε Ο. lege, ὁμοίως τοῖς Ο. ſcilicet in Editione τῶν Ο. Hexaplari.

v. 10. Α. ὃς ἀνίσαται &c. Procopius.

Ibid. Π. ἡ ἀνάπαυσις αὐτοῦ. Druſius.

Ibid. Α. Σ. δόξα. Procopius.

v. 11. Α. καὶ ἔσαι ἐν ἡμέρᾳ ἐκείνῃ &c. In Demonſtrat. Evang. Euſebii, p. 75. & apud Procopium. Ad Symmachum pro τοῦ ζηλῶσαι, in Comment. Euſebii legitur, τοῦ κτήσασθαι.

v. 14. Α. Ιδουμαία καὶ Μωάβ &c. Curterius ex Mſ. Jeſ.

v. 15. Euſebius in Heſaïam : οἱ τρεῖς συμφώνως, οὕτως ἡρμήνευσαν, καὶ ἀναθεματίσει κύριος τὴν γλῶσσαν θαλάσσης Αἰγύπτου. Hieronymus vero : *Deſolabit igitur, ſive interficiet, hoc eſt*, ἀναθεματίσει, *ut Theodotio, Aquila & Symmachus tranſtulerunt*, linguam maris Ægypti.

HESAIÆ CAP. XII.

אודך 1. Α. Σ. Θ. ἐξομολογήσομαί σοι. Ο. εὐλογῶ σε.

ישועתי אבטח 2. Ο. σωτήρ μου πεποιθὼς ἔσομαι. Θ. σωτήρ μου ἐλπιῶ.

יה יהוה ※ Π. ἰά: κύριος. Ο. κύριος.

1. Hebr. A. S. Th. Vulg. Confitebor tibi. LXX. Benedicam te.

2. *Hebr.* Salus mea, confidam. *LXX.* Salvator meus, fidens ero. *Th.* Salvator meus, ſperabo. *Vulg. Salvator meus, fiducialiter agam.*

H. ※ *Omnes*, ia : Dominus. *LXX. Vulg.* Dominus.

Notæ & variæ Lectiones ad Cap. XII. Heſaïæ.

v. 1. Α. Σ. Θ. ἐξομ- Curterius ex Mſ. Jeſ.

v. 2. Θ. σωτήρ μου ἐλπιῶ. Idem.

Ibid. ※ Π. ἰά &c. Idem. Vide in Lexico Hebr. ad vocem יה

HESAIÆ CAP. XIII.

על הר־נשפה 2. Ο. ἐπ' ὄρους πεδινοῦ. Ἄλλος, ἐπ' ὄρους νεφώδους.

קול להם Α. Σ. Θ. φωνὴν αὐτῶν. Ο. φωνὴν αὐτοῖς.

הניפו יד ויבאו פתחי נדיבים Α. ἐξάρατε χεῖρα, καὶ εἰσελθέτωσαν ἀνοίγματα ἑκουσιαζομένων. Σ. κινήσατε χεῖρα, καὶ ἐξελθέτωσαν (f. εἰσελθέτωσαν) θύρας. Ο. παρακαλεῖτε χειρί, ἀνοίξατε οἱ ἄρχοντες. Θ. ἀφορίσατε χειρί.

אני צויתי למקדשי גם קראתי גבורי לאפי עליזי גאותי 3. Α. ἐγὼ ἐνετειλάμην τοῖς ἡγιασμένοις μου, καὶ ἐκάλεσα δυνατοὺς μου τῷ θυμῷ μου γαυριωμένοις. (ὑπερηφανείας μου) Σ. . . δυνατοὺς . . . . ἐν τῷ δοξασμῷ μου. Ο. ἐγὼ συντάσσω, καὶ ἐγὼ ἄγω αὐτούς· γίγαντες ἔρχονται πληρῶσαι τὸν θυμόν μου χαίροντες ἅμα καὶ ὑβρίζοντες. Θ. καίγε ἐκάλεσα τοὺς γίγαντάς μου, (χαίροντας τῇ ὕβρει μου.)

ממלכות 4. Α. Σ. Θ. βασιλειῶν. Ο. βασιλέων.

יהוה וכלי זעמו 5. Σ. κύριος καὶ σκεύη ἐμβριμήσεως αὐτοῦ. Ο. κύριος καὶ οἱ ὁπλομάχοι αὐτοῦ.

2. *Heb.* ſuper montem præruptum. *LXX.* ſuper montem campeſtrem. *Alius*, ſuper montem nebuloſum. *Vulg. ſuper montem caliginoſum.*

Heb. LXX. vocem ipſis. *A. S. Th.* vocem eorum. *Vulg. vocem.*

Hebr. agitate manum & ingrediantur oſtia magnificorum. *A.* elevate manum, & ingrediantur apertiones ſpontaneorum. *S.* movete manum, & egrediantur (*al.* ingrediantur) portas. *LXX.* adhortamini manu, aperite principes. *Th.* ſeparate manu. *Vul. levate manum, & ingrediantur portas, duces.*

3. *Heb.* Ego præcepi ſanctificatis meis, etiam vocavi fortes meos in furore meo, exultantes celſitudinis meæ. *A.* Ego præcepi ſanctificatis meis, & vocavi potentes meos furore meo, gloriantes ſuperbiæ meæ. . . . *S.* potentes. . . in gloria mea. *LXX.* Ego præcipio, & ego adduco eos, gigantes veniunt implere furorem meum gaudentes ſimul, & contumeliam facientes. *Th.* & quidem vocavi gigantes meos, (gaudentes contumeliâ meâ.) *Vulg. Ego mandavi ſanctificatis meis, & vocavi fortes meos in ira mea, exultantes in gloria mea.*

4. *Hebr. A. S. Th.* regnorum. *LXX.* regum.

5. *Heb.* Dominus, & vaſa indignationis ejus. *S.* Dominus & vaſa impetus ejus. *LXX.* Dominus & armati bellatores ejus. *Vulg. Dominus, & vaſa furoris ejus.*

ונבהלו צירים 8. Ο. ταραχθήσονται οἱ πρέσβεις. Θ. ταραχθήσονται περιοχαί.

יחילון Α. Σ. Θ. ὠδινήσουσιν. Ο. συμφοράσουσιν.

ועברה וחרון אף 9. Ο. ἀνίατος, θυμοῦ καὶ ὀργῆς. Θ. μηνίδος, καὶ ὀργῆς, καὶ θυμοῦ.

כסיליהם 10. Σ. . . . . . Α. Θ. χεσιλεέμ, ἢ ξιλεέμ. Ο. Ὠρίων.

אורם Ο. τὸ φῶς ※ αὐτῶν:

השמש בצאתו Σ. Θ. ἥλιος ἐν τῇ ἐξόδῳ αὐτοῦ. Ο. τοῦ ἡλίου ἀνατέλλοντος.

גאון 11. Ο. Θ. ὕβριν.

פז 12. Α. κίῤῥον. Ο. χρυσίον.

מכתם אופיר Α. ἀπόλωμα Ὠφείρ. Ο. ὁ λίθος ὁ ἐν Σουφίρ.

שמים ארגיז 13. Α. οὐρανοὺς κλονήσω. Σ. οὐρανὸν ταράξω. Ο. οὐρανὸς θυμωθήσεται. Θ. οὐρανὸν θυμώσω.

ואין מקבץ איש אל־עמו יפנו ואיש אל־ארצו ינוסו 14. Α. καὶ οὐκ ἔστιν ἀθροίζων, ἀνὴρ πρὸς λαὸν αὐτοῦ νεύσουσιν, καὶ ἀνὴρ πρὸς γῆν αὐτοῦ φεύξονται. Ο. καὶ οὐκ ἔσται ὁ συνάγων, ὥστε ἄνθρωπον εἰς τὸν λαὸν αὐτοῦ ἀποστραφῆναι, καὶ ἄνθρωπος εἰς τὴν χώραν ἑαυτοῦ διώξεται.

ידקר 15. Α. Σ. Θ. ἐκκεντηθήσεται. Ο. ἡττηθήσεται.

אשר־כסף לא יחשבו וזהב לא יחפצו־בו 17. Α. οἱ ἀργύριον οὐ λογίζονται, καὶ χρυσίον οὐκ εὐδοκήσουσιν. Ο. οἱ ἀργύριον οὐ λογίζονται, οὐδὲ χρυσίου χρείαν ἔχουσι.

ולא־יהל שם ערבי 20. Σ. οὐδὲ σκηνοποιήσει Ἄραψ. Ο. οὐδὲ μὴ διέλθωσιν αὐτὴν Ἄραβες.

ציים 21. Α. Σ. Θ. σιείν. Ο. θηρία.

אחים Α. τυφώνων. Σ. ὠχείμ. Ο. Θ. ἤχου.

בנות יענה Α. Σ. Θ. στρουθοκάμηλοι. Ο. σειρῆνες.

שעירים Α. τριχιῶνται. Ο. δαιμόνια. Θ. ὀρθοτριχοῦνται.

איים 22. Α. Σ. Θ. ἰείν. Ο. ὀνοκένταυροι.

תנים Α. Σ. Θ. Π. σειρῆνες. Ο. ἐχῖνοι.

וימיה לא ימשכו Ο. καὶ οὐ χρονιεῖ. Θ. καὶ αἱ ἡμέραι αὐτῆς οὐ μὴ ἐφελκυσθῶσι.

8. *Heb.* & terrebuntur, torsiones. *LXX.* turbabuntur legati. *Th.* turbabuntur periochæ. *Vulg. torsiones & dolores terrebunt.*

Hebr. A. S. Th. Vulg. dolebunt. *LXX.* condolebunt.

9. *H.* & excandescentia & ira furoris. *LXX.* insanabilis furoris & iræ. *Th.* indignationis, & iræ & furoris. *Vulg. & indignationis plenus, & iræ furorisque.*

10. *Heb.* constellationes eorum. *A. Th.* Chesileem, *vel*, Xileem. *S.* stellæ eorum. *LXX.* Orion. *Vulg. splendor earum.*

Heb. Vulg. lumen suum. *LXX.* lumen ※ ipsorum.

Hebr. sol in egrediendo ipsum. *S. Th.* sol in exitu suo. *LXX.* sole oriente. *Vulg. sol in ortu suo.*

11. *Hebr. Vulg.* superbiam. *LXX. Th.* contumeliam.

12. *Heb.* obrizo. *A.* rubidum. *LXX.* aurum. *Vulg. auro.*

H. præ massa auri Ophir. *A.* tinctura Ophir. *LXX.* lapis qui in Suphir. *Vulg. mundo obrizo.*

13. *Hebr.* Cœlum movere faciam. *A.* Cœlos commovebo. *S. Vulg.* Cœlum turbabo. *LXX.* Cœlum indignabitur. *Th.* Cœlum ad iram concitabo.

14. *Heb.* Et non congregans, vir ad populum suum respicient, & vir ad terram suam fugient. *A.* Et non est qui congreget, vir ad populum suum declinabunt, & vir ad terram suam fugient. *LXX.* Et non erit qui congreget: ita ut homo ad populum suum revertatur, & homo in regionem suam expelletur. *Vulg. Et non erit qui congreget: unusquisque ad populum suum convertetur, & singuli ad terram suam fugient.*

15. *Hebr.* perfodietur. *A. S. Th.* transfigetur. *LXX.* opprimetur. *Vul. occidetur.*

17. *Hebr.* qui argentum non æstimabunt, & aurum non volent in eo. *A.* qui argentum non reputant, & erga aurum non bene affecti sunt. *LXX.* qui argentum non reputant, nec auro opus habent. *Vulg. qui argentum non quærant, & aurum non velint*

20. *H. S.* neque tentorium tendet ibi Arabs. *LXX.* neque permeabunt eam Arabes. *Vulg. nec ponet ibi tentoria Arabs.*

21. *H.* Siim. *A. S. Th.* Siin. *LXX. Vulg.* bestiæ.

Hebr. furunculis. *A.* typhonibus. *S.* Ochim. *LXX. Th.* sonitu. *Vul. draconibus.*

Heb. filiæ ululæ. *A. S. Th.* struthocameli. *LXX.* sirenes. *Vulg. struthiones.*

Heb. A. Vulg. pilosi sunt. *LXX.* dæmonia. *Th.* horripili sunt.

22. *Heb.* catti (*al*, ululæ.) *A. S. Th.* iin. *LXX.* onocentauri. *Vulg. ululæ.*

Hebr. dracones. *Omnes & Vul.* sirenes. *LXX.* hericii.

Hebr. Th. & dies ejus non protrahentur. *LXX.* & non tardabit. *Vulg. & dies ejus non elongabuntur.*

Notæ & variæ Lectiones ad Cap. XIII. Hesaïæ.

v. 2. Αλλ. ἐπ' ὄρος πεδινοῦ. In Basilii Comment. in Hesaïam.

v. 33. Α. ἆρμα. Σ. Θ. λῆμμα. Ex Hieronymo, qui ait: *Verbum Hebraïcum*, MASSA, *Aquila* ἆρμα, *id eſt,*

onus & pondus, *interpretatur; Symmachus, LXX. & Theodotio*, assumtionem. *Ubicumque ergo grave est quod Dominus comminatur, & plenum ponderis ac laboris, & importabile, in titulo quoque* ἆρμα, *hoc est*, pondus, *dicitur*. Hinc vero confirmatur lectio nostra Hesaïæ cap. 19. 1.

v. 34. ※ A. Σ. Θ. ἐπὶ τὸν ἄνθρωπον ἐκ- Mſ. Jeſ.

v. 36. Hunc & sequentem versum cum asteriscis ex Theodotione adfert idem.

v. 37. ※ καὶ λῆμμα κυρίου. Idem.

v. 38. ※ μὴ λέγετε. Idem.

v. 39. ※ A. Σ. ὑμᾶς : λήμματι. Idem. Verisimile est vocem, λήμματι, esse Symmachi, non Aquilæ: nam Symmachus λῆμμα solet vertere; Aquila, ἆρμα.

Ibid. ※ A. Σ. Θ. ἀπὸ προσώπου μου. Idem.

JEREMIÆ CAP. XXIV.

דודאי תאנים 1. Σ. κοφίνους σύκων. O. καλάθοις σύκων.

ואת־שרי יהודה A. Σ. Θ. τοὺς ἄρχοντας ※ Ἰούδα. O. τοὺς ἄρχοντας.

תאנים 3. A. Σ. Θ. ※ τὰ : σῦκα. O. σῦκα.

את־הרעב 10. ※ A. σὺν : τὸν λιμόν. O. τὸν λιμόν.

ולאבותיהם ※ καὶ τοῖς πατράσιν αὐτῶν. In O. deest.

1. Hebr. canistra ficuum. *S.* cophinos ficuum. *LXX.* calathos ficuum. *Vul. calathi pleni ficis.*

H. A. S. Th. & principes Juda. *LXX.* principes. *Vulg. principes ejus.*

3. *Hebr. A. S. LXX. Th. Vulg.* ficus.

10. *Hebr. A. LXX. Vulg.* famem.

Hebr. ※ *Vulg.* & patribus eorum. *in LXX. deest.*

Notæ & variæ Lectiones ad Cap. XXIV. Jeremiæ.

v. 1. Σ. κοφίνους σύκων. Drusius ex Hieronymo. Nam Commentario in Jeremiam sic legitur in Codice nostro antiquissimo, & in aliquot Editis: Ostendit mihi Dominus, & ecce duo calathi, *sive juxta Symmachum*, cophini.

Ibid. ※ A. Σ. Θ. Ἰούδα. Mſ. Jeſ.

v. 3. ※ A. Σ. Θ. τά. Idem.

v. 10. ※ A. σύν. Idem.

Ibid. ※ καὶ τοῖς πατράσιν αὐτῶν. Idem.

JEREMIÆ CAP. XXV.

1. היא השנה הראשנית לנבוכדראצר מלך בבל A. αὐτὸς ἐνιαυτὸς πρῶτος τῷ Ναβουχοδονόσορ βασιλεῖ Βαβυλῶνος. In O. vacat.

ירמיהו הנביא 2. ※ Ἱερεμίας ὁ προφήτης.

היה דבר־יהוה אלי 3. ※ A. Θ. ἐγενήθη λόγος κυρίου πρός με. In O. vacat.

ולא שמעתם 4. A. Σ. Θ. καὶ οὐκ ἠκούσατε. O. καὶ οὐκ εἰσηκούσατε.

את־אזנכם לשמע A. Θ. ὠσὶν ὑμῶν ※ ἀκοῦσαι. O. τοῖς ὠσὶν ὑμῶν.

נאם־יהוה 7. ※ A. Θ. φησὶ κύριος.

יהוה צבאות 8. O. κύριος ※ A. Σ. Θ. τῶν δυνάμεων.

את־כל־משפחת צפון 9. O. πατριὰν ἀπὸ Βοῤῥᾶ. ※ Θ. πᾶσαν τὴν πατριὰν τοῦ Βοῤῥᾶ.

נאם־יהוה ואל־נבוכדראצר מלך־בבל עבדי ※ φησὶ κύριος καὶ πρὸς Ναβουχοδονόσορ βασιλέα Βαβυλῶνος τὸν δοῦλόν μου. In O. vacat.

1. Hebr. Hic annus primus ipsi Nabuchadretsar regi Babel. *A.* ipse annus primus ipsi Nabuchodonosor regi Babylonis. *Vulg. Ipse est annus primus Nabuchodonosor regis Babylonis.*

2. *Heb.* Irmiahu propheta. ※ *Vul.* Jeremias propheta.

3. *Heb.* fuit verbum Domini ad me. ※ *A. Th. Vul.* factum est verbum Domini ad me. *in LXX. vacat.*

4. *H. A. S. Th. Vulg.* & non audistis. *LXX.* & non exaudistis.

Heb. aurem vestram ad audiendum. *A. Th.* auribus vestris ※ ad audiendum. *LXX.* auribus vestris. *Vul. aures vestras ut audiretis.*

7. *Heb.* ※ *A. Th. Vulg.* dicit Dominus.

8. *Heb. Vul.* Dominus exercituum. *LXX.* Dominus ※ *A. S. Th.* virtutum.

9. *Heb.* omnes familias Aquilonis. *LXX.* cognationem ab Aquilone. ※ *Th.* universam cognationem Aquilonis. *Vulg. universas cognationes Aquilonis.*

Heb. dixit Dominus, & ad Nabucadretsar regem Babel servum meum. ※ ait Dominus, & ad Nabuchodonosor regem Babylonis servum meum. *in LXX. vacat. Vulg. ait Dominus, & Nabuchodonosor regem Babylonis servum meum.*

קול רחים 10. Ἄλλος, φωνὴ μύλου. In O. vacat.

10. *H.* vocem molarum. *Alius*, *Vulg.* vocem molæ. *in LXX. vacat.*

הארץ הזאת לחרבה 11. Α. Σ. Θ. ἡ γῆ ※ αὕτη εἰς ἐρήμωσιν. Ο. ἡ γῆ.

11. *Hebr. Vulg.* terra hæc in solitudinem. *A. S. Th.* terra hæc ※ in desolationem. *LXX.* terra.

הגוים האלה את־מלך־בבל Ἄλλ. τοῖς ἔθνεσι ※ τούτοις, τῷ βασιλεῖ Βαβυλῶνος. Ο. τοῖς ἔθνεσι.

Hebr. gentes istæ regi Babylonis. *Alius*, gentibus ※ istis regi Babylonis. *LXX.* gentibus. *Vulg. omnes gentes istæ regi Babylonis.*

אפקד על־מלך־בבל ועל הגוי ההוא 12. ※ Α. Θ. ἐπὶ τὸν βασιλέα Βαβυλῶνος, καὶ ἐπὶ: τὸ ἔθνος ἐκεῖνο. Ο. ἐκδικήσω τὸ ἔθνος ἐκεῖνο.

12. *Heb.* visitabo super regem Babel & super gentem illam. ※ *A. Th.* super regem Babylonis & super: gentem illam. *LXX.* ulciscar gentem illam. *Vulg. visitabo super regem Babylonis, & super gentem illam.*

את כל־הכתוב 13. ※ Α. σὺν: πάντα τὰ γεγραμμένα. Ο. πάντα τὰ γεγ-

13. *Heb.* omne scriptum. *A. LXX.* omnia quæ scripta sunt. *Vul. omne quod scriptum est.*

כי עבדו־בם 14. Ἄλλος, ὅτι ἐδούλευσαν αὐτοῖς. Ἄλλ. ἐν αὐτοῖς. Ἄλλ. καταδουλεύσονται γὰρ αὐτούς. In O. vacat.

14. *Heb.* quia servierunt in eis. *Alius*, quia servierunt eis. *Alius*, in eis. *Alius*, subjicient enim eos. *in LXX. vacat. Vulg. quia servierunt eis.*

גוים רבים ומלכים גדולים Ἄλλος, ἔθνη πολλὰ καὶ βασιλεῖς μεγάλοι. In O. vacat.

Hebr. Alius, *Vulg.* gentes multæ, & reges magni. *in LXX. vacat.*

כי עבדו־בם גם־המה גוים רבים ומלכים גדולים ושלמתי להם כפעלם וכמעשה ידיהם Ἄλλος, καὶ ἀποδώσω (Ἄλλ. ἀνταποδώσω) αὐτοῖς κατὰ τὰ ἔργα αὐτῶν, καὶ κατὰ τὰ ποιήματα τῶν χειρῶν αὐτῶν. Ἄλλος, ... κατὰ τὴν πονηρίαν τῶν ἐπιτηδευμάτων αὐτῶν. ※ Α. Θ. ὅτι ἐδούλευσαν ἐν αὐτοῖς κἄγε αὐτοῖς ἔθνη πολλὰ καὶ βασιλεῖς μεγάλοι, καὶ ἀνταποδώσω αὐτοῖς κατὰ τὴν ἐργασίαν αὐτῶν, καὶ κατὰ τὰ ἔργα τῶν χειρῶν αὐτῶν.

H. quia servierunt in eis etiam ipsi, gentes multæ & Reges magni, & reddam eis secundum opus eorum, & secundum opus manuum eorum. *Alius*, & reddam eis secundum opera eorum, & secundum gesta manuum eorum. *Alius*, ... secundum malitiam studiorum eorum. ※ *A. Th.* quia servierunt in eis, utique ipsis gentes multæ & reges magni, & retribuam eis secundum operationem eorum, & secundum opera manuum eorum. *Vulg. quia servierunt eis, cum essent gentes multæ, & reges magni: & reddam eis secundum opera eorum, & secundum facta manuum suarum.*

והשקיתה אותו את־כל־הגוים 15. Α. ποτιεῖς ※ αὐτοὺς σὺν: πάντα τὰ ἔθνη. Ο. ποτιεῖς πάντα τὰ ἔθνη.

15. *Heb.* & propinare facies illum omnibus gentibus. *A.* potabis ※ illos, omnes gentes. *LXX.* potabis omnes gentes. *Vul. & propinabis de illo cunctis gentibus.*

את־הכוס 17. (Α.) ※ σὺν: τὸ ποτήριον. Ο. τὸ ποτήριον.

17. *Hebr. A. S. LXX. Vul.* calicem.

את־כל־הגוים (Α.) σὺν πάντα: τὰ ἔθνη. Ο. τὰ ἔθνη.

Heb. Vul. cunctis gentibus. *A.* omnes gentes. *LXX.* gentes.

אליהם Α. Θ. ἐπ' αὐτά. Ο. πρὸς αὐτά.

H. ad eas. *A. Th.* in eas. *Vulg. ad quas.*

ולקללה כיום הזה 18. ※ Α. Θ. καὶ εἰς κατάραν κατὰ τὴν ἡμέραν ταύτην. In O. vacat.

18. *H.* ※ *A. Th.* & in maledictionem secundum diem hanc. *in LXX. vacat. Vul. & in maledictionem sicut est dies ista.*

ואת כל־מלכי ארץ העוץ ואת כל־מלכי 20. Α. Θ. καὶ ※ σὺν: πάντας τοὺς ※ βασιλεῖς τῆς Οὺς (Θ. νήσου) καὶ σὺν πάντας τοὺς ※ βασιλεῖς τῆς .... Ο.... καὶ πάντας τοὺς βασιλεῖς (ἀλλοφύλων.)

20. *H.* & omnes reges terræ Hus, & omnes reges. *A. Th.* & omnes reges terræ Us (*Th.* reges insulæ) & omnes reges. *LXX...* & omnes reges (alienigenarum). *Vulg. & cunctis regibus terræ Ausitidis, & cunctis regibus (terræ Philistiim.)*

ואת כל־מלכי צור ואת כל־מלכי צידון 22. Α. καὶ ※ σὺν: πάντας τοὺς βασιλεῖς Τύρου, καὶ ※ σὺν: πάντας τοὺς βασιλεῖς Σιδῶνος. Ο. καὶ βασιλεῖς Τύρου καὶ βασιλεῖς Σιδῶνος.

22. *Heb.* & omnibus regibus Sor, & omnibus regibus Sidon. *A.* & omnes reges Tyri, & omnes reges Sidonis. *LXX.* & reges Tyri, & reges Sidonis. *Vulg. & cunctis regibus Tyri & universis regibus Sidonis.*

ואת מלכי האי Α. Θ. καὶ βασιλεῖς τῆς νήσου.

H. & regibus insulæ. *A. Th.* & reges insulæ *Vulg. & regibus terræ insularum.*

בוז 23. Ἄλλ. Βὼζ. Ἄλλ. Βοὺζ. Ο. Ῥὼζ

23. *Heb. Alius*, *Vulg.* Buz. *Alius*, Boz. *LXX.* Roz.

כל־קצוצי פאה ※ Α. σὺν: πάντα κεκαρμένον.

Heb. universis extremitatibus anguli. ※ *A.*

Ἀλλ. περικείρμενον. Ο. καὶ πᾶν περικεκαρμένον κατὰ πρόσωπον αὐτοῦ.

ואת־כל־מלכי הערב ואת כל־מלכי הערב 24. ※ Α. Θ. καὶ σὺν πάντας βασιλεῖς τῆς Ἀραβίας, καὶ πάντας ※ βασιλεῖς : τοὺς συμμίκτους. Ο. καὶ πάντας τοὺς συμμίκτους.

ואת כל־מלכי זמרי ואת כל־מלכי עילם 25. [Α.] καὶ σύμπαντας βασιλεῖς Ζαμβρὶ (Σύρος Ζαμραν, Ζεμβραν) καὶ σὺν πάντας βασιλεῖς Αἰλαμ. Ο. . . . . καὶ πάντας βασιλεῖς Αἰλάμ.

מדי Ο. Περσῶν. Ἀλλ. Μήδων.

הצפון 26. Α. Ο. ἀπηλιώτου. Ἀλλ. τοῦ Βορρᾶ.

ואת כל־ממלכות Α. καὶ σὺν πάσας βασιλείας. Ο. καὶ πάσας βασιλείας.

ומלך ששך ישתה אחריהם ※ καὶ βασιλεὺς Σησὰχ πίεται ἔσχατος αὐτῶν. In O. vacat.

כה־אמר יהוה צבאות אלהי ישראל 28. ※ ἰδοὺ: οὕτως εἶπεν κύριος ※ τῶν δυνάμεων ὁ θεὸς Ἰσραήλ : Ο. οὕτως εἶπε κύριος.

לא תנקו 29. Α. Σ. Θ. καθαρισμῷ οὐ μὴ καθαρισθήσεσθε. Ο. καθάρσει οὐ μὴ καθαρισθῆτε.

הידד 30. Α. ἰασμόν. Σ. κατάλεγμα. In O. vacat.

כדרכים Σ. ὥσπερ οἱ ληνοβατοῦντες. Ο. ὡς τρυγῶντες.

כה אמר יהוה צבאות 32. Ο. οὕτως εἶπε κύριος ※ Α. Σ. Θ. τῶν δυνάμεων.

לא יספדו ולא יאספו 33. ※ Α. Θ. καὶ οὐ μὴ κοπῶσιν, οὐδ' οὐ μὴ συναχθῶσιν. In O. vacat.

הרעים 34. ※ οἱ : ποιμένες. Ο. ποιμένες.

ותפוצותיכם ※ Α. Σ. Θ. καὶ οἱ σκορπισμοὶ ὑμῶν.

מפני חרון היונה ומפני חרון אפו 38. ※ Α. Σ. Θ. ἀπὸ προσώπου ※ ὀργῆς τῆς μεγάλης ※ καὶ ἀπὸ προσώπου ὀργῆς κυρίου. Ο. ἀπὸ προσώπου τῆς μαχαίρας τῆς μεγάλης.

omnem attonsum. *Alius*, circumpositum. *LXX.* & omne attonsum in vultu suo. *Vul. universis qui attonsi sunt in comam.*

24. *H. Vulg.* & cunctis regibus Arabiæ, & cunctis regibus Occidentis. ※ *A. Th.* & omnes reges Arabiæ, & omnes ※ reges : commixtos. *LXX.* & omnes commixtos.

25. *H. Vulg.* & cunctis regibus Zamri (*Vul. Zambre*) & cunctis regibus Elam. (*A.*) & universos reges Zamri (*Syrus*, Zamran, *Al.* Zambran,) & cunctos reges Ælan. *LXX.* & omnes reges Ælam.

H. Madai. *LXX.* Persarum. *Alius & Vulg.* Medorum.

26. *Hebr. Alius, Vulg.* Aquilonis. *A. LXX.* subsolani.

Heb. Vulg. & omnibus regnis. ※ *A. LXX.* & omnia regna.

H. Vulg. & rex Sesach bibet post eos. ※ & rex Sesach bibet ultimus eorum. *In LXX. vacat.*

28. *H.* sic dixit Dominus exercituum, Deus Israel. ※ Ecce : sic dixit Dominus ※ exercituum Deus Israel. *LXX.* sic dixit Dominus. *Vul. hæc dixit Dominus exercituum Deus Israel.*

29. *Heb.* non innoxii eritis. *A. S. Th.* purgatione non purgabimini. *LXX.* purificatione non purificabimini. *Vulg. non eritis immunes.*

30. *H.* celeusma. *A.* iasmum. *S.* catalegma. *in LXX. vacat. Vul. celeuma.*

Heb. Vul. quasi calcantium. *S.* quasi calcantes in torculari. *LXX.* quasi vindemiantes.

32. *Heb.* sic dixit Dominus exercituum. *LXX.* sic dixit Dominus ※ *A. S. Th.* virtutum. *Vul. hæc dicit Dominus exercituum.*

33. *Heb.* ※ *A. Th. Vul.* non plangentur neque colligentur. *In LXX. vacat.*

34. *H.* ※ *LXX. Vulg.* pastores.

Heb. ※ *A. S. Th. Vul.* dissipationes vestræ.

38. *H.* a facie iræ columbæ, & a facie iræ furoris ejus. *A. S. Th.* a facie ※ iræ magnæ ※ & a facie iræ furoris Domini. *LXX.* a facie gladii magni. *Vul. a facie iræ columbæ, & a facie iræ furoris Domini.*

Notæ & variæ Lectiones ad Cap. XXV. Jeremiæ.

V. 1. Α. αὐτὸς ἐνιαυτὸς &c. Ms. Jes. itemque Drusius, sine Interpretis nomine.

V. 2. ※ Ἱερεμίας ὁ προφ. Ms. Jes.

V. 3. ※ Α. Θ. ἐγενήθη λόγος κυρίου &c. Idem.

V. 4. Α. Σ. Θ. καὶ οὐκ ἠκούσατε. Idem.

Ibid. ※ Α. Θ. ἀκοῦσαι. Idem.

V. 7. ※ Α. Θ. φησὶ κύριος. Idem.

V. 8. ※ Α. Σ. Θ. τῶν δυνάμεων. Idem.

V. 9. ※ Θ. πᾶσαν τὴν πατριάν &c.

Ibid. ※ φησὶ κύριος &c. Idem.

V. 10. Ἀλλ. φωνὴν μύλου. Drusius.

V. 11. ※ Α. Σ. Θ. αὕτη εἰς ἐρήμωσιν. Idem.

Ibid. ※ τούτοις τῷ βασιλεῖ &c. Idem.

V. 12. ※ Α. Θ. ἐπὶ τὸν βασιλέα &c. Idem.

V. 13. ※ Α. σὺν : Idem.

V. 14. Ἀλλ. ὅτι ἐδούλευσαν &c. Drusius. Illud vero, καταδουλεύσονται γὰρ αὐτὸν, videtur esse Symmachi, ut infra cap. 27. v. 7. Monet autem Hieronymus hæc non esse in LXX.

Ibid. Ἀλλ. ἔθνη πολλὰ &c. Idem.

Ibid. καὶ ἀποδώσω &c. Drusius. Quæ sequuntur autem ※ Α. Θ. ὅτι ἐδούλευσαν &c. Ms. Jes.

V. 15. ※ Α. αὐτοὺς σὺν : Idem, similiterque duo sequentes σὺν. Videtur legendum αὐτὸν, ut quadret cum אותו

Mox Α. Θ. ἐπ' αὐτά. Idem.

V. 18. ※ Α. Θ. καὶ εἰς κατάραν &c. Idem.

V. 20. Α. Θ. καὶ σὺν πάντας &c. Sic Ms. Jes. in quo legitur, τῆς νήσου, ex Theodotione, pro τῆς γῆς Ὢς. Hieronymus: *Et tamen sciendum hunc versiculum in LXX. non haberi; Theodotionemque pro* Us, *interpretatum esse*, insulam.

V. 22. Α. καὶ σὺν πάντας &c. Idem.

Ibid. Α. Θ. καὶ βασιλεῖς τῆς νήσου. Idem.

V. 23. Ἀλλ. Βαζ. Sic Ms. Jes. At Drusius ex Victore Antiocheno, Βοζ.

Ibid. Α. σὺν πάντα κεκ- Mſ. Jeſ.

v. 24. Α. Θ. καὶ σὺν πάντας &c. Utrum autem vox συμμίκτους ſit eorumdem, incertum. Quod item dicas de voce κεκαρμένον in præcedenti loco.

v. 25. Α. καὶ σύμπαντας, lege, σὺν : πάντας. Ibid. Syrus legit, Ζαμβράν, ſive ſecundum Theodoretum, Ζαμβράν.

Ibid. Αλλ. Μήδων. Mſ. Jeſ.

v. 26. Α. Ο. ἀπηλιώτου. Idem.

Ibid. ※ Α. σὺν : Idem.

Ibid. ※ καὶ βασιλεὺς &c. Idem.

v. 28. ※ ἰδοὺ : &c. Idem.

v. 29. Α. Σ. Θ. καθαρισμοῦ οὐ μὴ καθαρισθήσεσθε. Mſ. Jeſ. voci καθαρισμοῦ aſteriſcum præmittit: deinde habet, ※ Α. Σ. Θ. καθαρισθήσεσθε.

v. 30. Hieronymus: *Cumque ille rugierit, inſtar calcantium in torcularibus celeuma cantabitur, & in effuſione ſanguinis mutuo carmen lugubre concinetur: quod Symmachus κατάληγμα, Aquila ἰασμὸν vocat: cujus celeumatis ſonitus uſque ad terræ extrema perveniet.* Quid ſit ἰασμὸς, explicatur ex interpretatione Syri infra cap. 48. verſu 33. ubi hæc Hebraïca verba, לא־ידרך הידד הידד לא הידד ſic a Syro Interprete redduntur, οὐκέτι οἱ ληνοβατοῦντες κελεύουσι λέγοντες ἴα, ἴα. i. non amplius calcantes in torculari jubent dicentes ia, ia. Ιασμὸς itaque eſt cantus jubilationis, ia, ia, quo utebantur ii qui calcabant in torcularibus.

Ibid. Σ. ὥσπερ οἱ ληνοβατοῦντες. Mſ. Jeſ. Σ. οἱ ληνοβατοῦντες.

v. 32. ※ Α. Σ. Θ. τῶν δυνάμεων. Idem.

v. 33. ※ Α. Θ. καὶ οὐ μὴ κοπῶσιν &c. Idem.

v. 34. ※ οἱ. Idem.

Ibid. ※ Α. Σ. Θ. καὶ οἱ σκορπισμοὶ ὑμῶν. Idem.

v. 38. ※ Α. Σ. Θ. ἀπὸ προσώπου &c. Idem.

JEREMIÆ CAP. XXVI.

ואמרת אליהם 4. Ο. καὶ ἐρεῖς ※ Α. Σ. Θ. πρὸς αὐτούς.	4. Heb. *Vul.* & dices ad eos. *LXX.* & dices ※ *A. S. Th.* ad eos.
עבדי 5. Ο. τῶν παίδων μου. Αλλος, τῶν δούλων μου.	5. *Heb. Alius, Vul.* ſervorum meorum. *LXX.* puerorum meorum.
את־העיר 6. Α. ※ σὺν : τὴν πόλιν. Ο. τὴν πόλιν.	6. *Heb. A. LXX. Vul.* urbem.
שער יהוה החדש 10. Οἱ λοιποὶ, πύλης κυρίου τῆς καινῆς. Ο. πύλης τῆς καινῆς.	10. *Heb. Reliqui,* portæ Domini novæ. *LXX.* portæ novæ. *Vulg. portæ domus Domini novæ.*
ואל־כל־העם לאמר 11. Ο. καὶ παντὶ τῷ λαῷ ※ λέγοντες.	11. *H. Vul.* & ad omnem populum, dicentes. *LXX.* & omni populo ※ dicentes.
וינבא על־העיר הזאת 20. Ο. καὶ ἐπροφήτευσεν ※ Α. Θ. ἐπὶ τὴν πόλιν ταύτην.	20. *Heb. Vul.* & prophetavit adverſus civitatem iſtam. *LXX.* & prophetavit ※ *A. Th.* ſuper civitatem iſtam.
וכל־גבוריו 21. ※ καὶ πάντες οἱ δυνατοὶ αὐτοῦ. In O. vacat.	21. *H.* ※ & omnes potentes ejus. *Vulg. & omnes potentes.*
וירא ויברח ※ Α. Θ. καὶ ἐφοβήθη καὶ ἔφυγεν.	*H.* ※ *A. Th. Vul.* & timuit fugitque.
וישלח המלך יהויקים 22. Ο. καὶ ἐξαπέστειλεν ὁ βασιλεὺς ※ Θ. Ιωακείμ.	22. *H. Vul.* & miſit rex Joakim. *LXX.* & miſit rex ※ *Th.* Joachim.
את־אלנתן בן־עכבור ואנשים אתו אל־מצרים Θ. ※ Ελνάθαν υἱὸν Αχοβὼρ καὶ ἄνδρας μετ' αὐτοῦ εἰς Αἴγυπτον.	*H.* ※ *Th. Vulg.* Elnathan filium Achobor & viros cum eo in Ægyptum.
אל־מלך יהויקים 23. Ο. πρὸς τὸν βασιλέα ※ Ιωακείμ.	23. *Hebr. Vulg.* ad regem Joakim. *LXX.* ad regem ※ Joachim.

Notæ & variæ Lectiones ad Cap. XXVI. Jeremiæ.

v. 4. ※ Α. Σ. Θ. πρὸς αὐτούς. Mſ. Jeſ.

v. 5. Mſ. Jeſ. in textu habet τῶν δούλων, in margine vero, τῶν παίδων.

v. 6. ※ Α. σὺν. Idem.

v. 10. οἱ λοιποὶ, πύλης κυρίου τῆς καινῆς. Druſius.

v. 11. ※ λέγοντες. Mſ. Jeſ. Deeſt in LXX. ut & ſequentia, quæ aſteriſco notantur.

v. 20. ※ Α. Θ. ἐπὶ τὴν πόλιν ταύτην. Idem,

v. 21. ※ καὶ πάντες &c. Idem.

Ibid. ※ Α. Θ. καὶ ἐφοβ- Idem.

v. 22. ※ Θ. Ιωακείμ. Idem.

Ibid. ※ Θ. Ελνάθαν &c. Sic Mſ. Jeſ. Druſius item id adfert, ſed ſine Interpretis nomine.

v. 23. ※ Ιωακείμ. Mſ. Jeſ.

JEREMIÆ CAP. XXVII.

1. בראשית ממלכת יהויקים בן־יאושיהו מלך יהודה היה הדבר הזה אל־ירמיה מאת יהוה לאמר ※ Α. ἐν ἀρχῇ βασιλέως Ιωακεὶμ υἱοῦ	1. HEbr. In principio regni Joakim filii Joſiu regis Juda, fuit verbum Domini hoc ad Jermia a Domino dicens. ※ *A.* In principio regis Joakim filii Joſiæ regis Juda, factum

Ιωσίου βασιλέως Ιούδα, ἐγενήθη ὁ λόγος οὗτος πρὸς Ιερεμίαν παρὰ κυρίου λέγων.

est verbum hoc ad Jeremiam a Domino, dicens. *Vulg. In principio regni Joakim filii Josiæ regis Juda factum est verbum istud ad Jeremiam a Domino, dicens.*

אמר יהוה אלי 2. Ο. Εἶπε κύριος ※ Π. πρός με.

2. *Hebr.* dixit Dominus ad me. *LXX.* dixit Dominus ※ *Omnes*, ad me. *Vul. dicit Dominus ad me.*

אמר יהוה צבאות 4. Ο. Εἶπε κύριος ※ Α. Θ. τῶν δυνάμεων.

4. *Hebr.* dixit Dominus exercituum. *LXX.* dixit Dominus ※ *A. Th.* virtutum. *Vul. dicit Dominus exercituum.*

5. את־האדם ואת־הבהמה אשר על־פני הארץ ※ Α. Θ. τοὺς ἀνθρώπους καὶ τὰ κτήνη ὅσα ἐπὶ προσώπου τῆς γῆς.

5. *Hebr.* hominem & bestias quæ super faciem terræ. ※ *A. Th.* homines & jumenta quæ super faciem terræ. *Vulg. homines & jumenta, quæ sunt super faciem terræ.*

ועתה אנכי 6. ※ Α. Θ. καὶ νῦν ἐγώ εἰμι.

6. *Hebr.* & nunc ego. ※ *A. Th.* & nunc ego sum. *Vulg. & nunc itaque ego.*

עברי ※ Θ. τῷ δούλῳ μου.

Heb. Vulg. servi mei. *Th.* servo meo.

נתתי לו לעבדו ※ δέδωκα δουλεύειν αὐτῷ. Ο. ἐργάζεσθαι αὐτῷ.

Hebr. ※ dedi ei ad serviendum ei. *LXX.* ad operandum ipsi. *Vulg. dedi ei, ut serviant illi.*

7. ועבדו אתו כל־הגוים ואת־בנו ואת־בן־בנו עד בא־עת ארצו ※ καὶ δουλεύσουσιν αὐτῷ πάντα τὰ ἔθνη, καὶ τῷ υἱῷ αὐτοῦ καὶ τῷ υἱῷ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ, ἕως ἔλθῃ ὁ καιρὸς τῆς γῆς αὐτοῦ.

7. *Hebr. Vulg.* & serviant ei omnes gentes, & filio ejus & filio filii ejus, donec veniat tempus terræ ejus. ※ & servient ei omnes gentes & filio ejus, & filio filii ejus, donec veniat tempus terræ ejus.

ועבדו בו גוים רבים ומלכים גדולים ※ καὶ δουλεύσουσιν αὐτῷ ἔθνη καὶ βασιλεῖς μεγάλοι. Σ. καταδουλεύσονται αὐτὸν ἔθνη πολλὰ καὶ βασιλεῖς μεγάλοι.

Hebr. & servient in eo gentes multæ, & reges magni. ※ & servient ei gentes, & reges magni. *S.* subjicient eum servituti gentes multæ & reges magni. *Vul. & servient ei gentes multæ & reges magni.*

8. והיה הגוי והממלכה אשר לא־יעבדו אתו את־נבוכדנאצר מלך־בבל ואת אשר לא־יתן ※ Α. Θ. καὶ ἔσται· τὸ ἔθνος καὶ ἡ βασιλεία ὅσοι ἐὰν ※ μὴ δουλεύσωσι τῷ Ναβουχοδονόσορ βασιλεῖ Βαβυλῶνος, καὶ ὅσοι ἐὰν· μὴ ἐμβάλωσιν.

8. *Heb.* Et erit, gens & regnum, quæ non servient ei, Nabuchadnetsar regi Babel, & quæ non dabit. ※ *A. Th.* & erit: gens & regnum quæcumque ※ non servient Nabuchodonosor regi Babylonis, & quæcumque: non injecerint. *Vul. Gens autem & regnum quod non servierit Nabuchodonosor regi Babylonis, & quicumque non curvaverit.*

ובדבר ※ Π. καὶ ἐν θανάτῳ.

H. Vulg. & in peste. ※ *Omnes*, & in morte.

ואל־עננכם 9. ※ Α. Θ. καὶ τῶν κληδόνων ὑμῶν.

9. *Heb.* & ad augures vestros. *A. Th.* & divinationum vestrarum. *Vulg. augures.*

עליכם לאמר ※ πρὸς ὑμᾶς ἐν τῷ λέγειν.

Heb. ad vos dicendo. ※ ad vos in dicendo. *Vulg. qui dicunt vobis.*

והדחתי אתכם ואבדתם 10. ※ Α. Θ. καὶ διασπερῶ ὑμᾶς καὶ ἀπολεῖσθε.

10. *Hebr.* & ejiciam vos, & pereatis. ※ *A. Th.* & dispergam vos, & peribitis. *Vulg. & ejiciant vos, & pereatis.*

נאם־יהוה 11. ※ Α. Θ. φησὶ κύριος.

11. *Hebr.* ※ *A. Th. Vulg.* dicit Dominus.

12. ※ בעל מלך בבל ועבדו אתו ועמו וחיו ὑπὸ τὸν ζυγὸν βασιλέως Βαβυλῶνος, καὶ δουλεύσατε αὐτῷ καὶ τῷ λαῷ αὐτοῦ, καὶ ζῆτε.

12. *Hebr.* in jugum regis Babel, & servite ei & populo ejus, & vivetis. ※ sub jugum regis Babylonis, & servite ei & populo ejus, & vivite. *Vul. sub jugo regis Babylonis, & servite ei & populo ejus, & vivetis.*

13. למה תמותו אתה ועמך בחרב ברעב ובדבר כאשר דבר יהוה אל־הגוי אשר לא־יעבד את־מלך בבל ※ καὶ ἵνα τί ἀποθνήσκετε σὺ καὶ ὁ λαός σου ἐν ῥομφαίᾳ καὶ ἐν λιμῷ καὶ ἐν θανάτῳ, καθὰ ἐλάλησε κύριος πρὸς τὸ ἔθνος ὃ ἐὰν μὴ δουλεύσῃ τῷ βασιλεῖ Βαβυλῶνος.

13. *Hebr.* Ut quid moriemini tu & populus tuus in gladio, in fame & in peste, sicut locutus est Dominus ad gentem, quæ non servivit regi Babel. ※ ut quid moriemini tu & populus tuus in gladio, & in fame & in morte, sicut locutus est Dominus ad gentem quæ non servierit regi Babylonis. *Vul. Quare moriemini tu & populus tuus gladio, & fame, & peste, sicut locutus est Dominus ad gentem, quæ servire noluerit regi Babylonis.*

14. ואל־תשמעו אל־דברי הנבאים האמרים אליכם לאמר לא תעבדו את־מלך בבל ※ καὶ

14. *Heb.* Et ne audiatis ad verba Prophetarum loquentium ad vos, dicendo, non ser-

μὴ ἀκούσητε τῶν λόγων τῶν προφητῶν τῶν λεγόντων πρὸς ὑμᾶς, οὐ μὴ δουλεύσητε τῷ βασιλεῖ Βαβυλῶνος.

vietis regi Babel. ※ & ne audieritis verba Prophetarum dicentium ad vos, non servietis regi Babylonis. *Vulg. Nolite audire verba Prophetarum dicentium vobis : non servietis regi Babylonis.*

16. עתה מהרה ※ Π. νῦν ταχύ.

16. *Hebr.* ※ *Omnes*, *Vul.* nunc cito.

17. אל־תשמעו אליהם עבדו את־מלך בבל וחיו למה תהיה העיר הזאת חרבה ※ μὴ ἀκούετε αὐτῶν, δουλεύσατε τῷ βασιλεῖ Βαβυλῶνος, καὶ ζῆτε, καὶ ἵνα τί γίνεται ἡ πόλις αὕτη ἔρημος;

17. *Hebr.* Et ne audiatis eos : servite regi Babel & vivetis. Ut quid erit civitas hæc, solitudo? ※ ne audiatis eos, servite regi Babylonis & vivite, & cur efficitur urbs hæc desertum. *Vul. Nolite ergo audire eos, sed servite regi Babylonis, ut vivatis : quare datur hæc civitas in solitudinem?*

18. יפגעו־נא ביהוה צבאות לבלתי־באו הכלים הנותרים בבית־יהוה ובית מלך יהודה ובירושלם בבלה ※ Θ. ἀπαντησάτωσαν δὴ κυρίῳ τῶν δυνάμεων πρὸς τὸ μὴ πορευθῆναι τὰ σκεύη τὰ ὑπολελειμμένα ἐν οἴκῳ κυρίου, καὶ ἐν οἴκῳ βασιλέως Ἰούδα, καὶ ἐν Ἱερουσαλήμ, καὶ εἰς Βαβυλῶνα.

18. *Heb.* Occurrent nunc in Domino exercituum, ut non eant vasa remanentia in domo Domini, & domo regis Juda, & in Jerusalem in Babel. ※ *Th.* Occurrant utique Domino virtutum, ut non eant vasa relicta in domo Domini, & in domo regis Juda, & in Jerusalem, & in Babylonem. *Vulg. Occurrant Domino exercituum, ut non veniant vasa, quæ derelicta fuerant in domo Domini, & in domo regis Juda, & in Jerusalem, in Babylonem.*

19. כי כה אמר יהוה צבאות אל־העמדים ועל־הים ועל־המכונות ועל יתר הכלים הנותרים בעיר הזאת ※ Θ. τάδε λέγει κύριος τῶν δυνάμεων περὶ τῶν στύλων καὶ περὶ τῆς θαλάσσης καὶ περὶ τῶν μεχωνὼθ, καὶ ἐπὶ τὸ λεῖμμα τῶν σκευῶν τῶν ὑπολελειμμένων ἐν τῇ πόλει ταύτῃ.

19. *Heb.* Quia sic dicit Dominus exercituum ad columnas, & super mare, & super bases, & super residuum vasorum remanentium in urbe hac. ※ *Th.* Quia hæc dicit Dominus virtutum de columnis, & de mari & de mechonoth, & super residuum vasorum relictorum in urbe hac. *Vul. Quia hæc dicit Dominus exercituum ad columnas, & ad mare, & ad bases, & ad reliqua vasorum, quæ remanserunt in civitate hac.*

20. אשר לא־לקחם נבוכדנאצר מלך בבל בגלותו את־יכוניה בן־יהויקים מלך־יהודה מירושלם בבלה ואת כל־חרי יהודה וירושלם ※ Θ. ἃ οὐκ ἔλαβεν αὐτὰ Ναβουχοδονόσορ βασιλεὺς Βαβυλῶνος ἀποικίζοντος αὐτοῦ τὸν Ἰεχονίαν υἱὸν Ἰωακεὶμ βασιλέα Ἰούδα ἐξ Ἱερουσαλὴμ εἰς Βαβυλῶνα, καὶ πάντας τοὺς ἐλευθέρους Ἰούδα καὶ Ἱερουσαλήμ.

20. *Heb.* Quæ non tulit ea Nabuchadnetsar rex Babel, cum transferret Jechoniam filium Joachim regem Juda ex Jerusalem in Babylonem, & omnes ingenuos Juda & Jerusalem. ※ *Th.* Quæ non assumsit ea Nabuchodonosor rex Babylonis, transferente ipso Jechoniam filium Joachim regem Juda ex Jerusalem in Babylonem, & omnes liberos Juda & Jerusalem. *Vul. Quæ non tulit Nabuchodonosor rex Babylonis, cum transferret Jechoniam filium Joakim regem Juda de Jerusalem in Babylonem, & omnes optimates Juda & Jerusalem.*

21. כי כה־אמר יהוה צבאות אלהי ישראל על־הכלים הנותרים בית יהוה ובית מלך־יהודה וירושלם ※ Θ. ὅτι τάδε λέγει κύριος τῶν δυνάμεων θεὸς Ἰσραὴλ, ἐπὶ τὰ σκεύη τὰ καταλειφθέντα ἐν οἴκῳ κυρίου καὶ ἐν οἴκῳ βασιλέως Ἰούδα καὶ ἐν Ἱερουσαλήμ.

21. *H.* Quia sic dicit Dominus exercituum, Deus Israel super vasa residua domus Domini, & domus regis Juda, & Jerusalem. ※ *Th.* Quia hæc dicit Dominus virtutum Deus Israel, super vasa relicta in domo Domini, & in domo regis Juda, & in Jerusalem. *Vulg. Quia hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel ad vasa, quæ derelicta sunt in domo Domini, & in domo regis Juda & Jerusalem.*

22. בבלה יובאו ושמה יהיו עד יום פקדי אתם נאם־יהוה והעליתים והשבתים אל־המקום הזה ※ Θ. εἰς Βαβυλῶνα ἀχθήσονται, καὶ ἐκεῖ ἔσονται ἕως ἡμέρας, ἧς ἐπισκέψομαι αὐτά. τάδε λέγει κύριος, καὶ ἀναβιβάσω αὐτὰ, ἐπιστρέψω αὐτὰ εἰς τὸν τόπον τοῦτον.

22. *Hebr.* In Babylonem adducentur, & ibi erunt usque ad diem qua visitabo eos, dixit Dominus : & ascendere faciam ea, & redire faciam ea ad locum hunc. ※ *Th.* In Babylonem adducentur, & ibi erunt usque ad diem qua visitabo ea, hæc dicit Dominus, & ascendere faciam ea, reducam ea in locum hunc. *Vulg. In Babylonem transferentur, & ibi erunt usque ad diem visitationis suæ, dicit Dominus, & afferri faciam ea, & restitui in loco isto.*

Notæ

Notæ & variæ Lectiones ad Cap. XXVII. Jeremiæ.

v. 1. ※ A. ἐν ἀρχῇ &c. Mſ. Jeſ. quemadmodum & aliæ omnes hujus Capitis lectiones. Multi hujus Capitis verſus in Edit. τῶν O. deſiderantur, quos adfert Druſius ex Complutenſi Editione, ab ea quam nos ſequimur aliquatenus diſcrepante. Hic verbi cauſa loco illius, ὁ λόγος οὗτος, legitur in illa, τὸ ῥῆμα τοῦτο. De hujus Capitis principio hæc habet Hieronymus: In principio regni Joacim, filii Joſiæ regis Juda, factum eſt verbum hoc ad Jeremiam a Domino dicens. *Hoc in Editione LXX. non habetur. Et multi putant ſequentis Capituli eſſe principium, quod nequaquam ita eſt, ſed jungendum ſuperiori: ut quidquid dictum refertur & factum, in principio regni Joacim factum eſſe credamus. Unde & mittendi in Ægyptum, quaſi ad amicum regem, habuit poteſtatem. Videntur autem mihi LXX. titulum iſtum hac ratione ſiluiſſe, ne ſecundo dicere viderentur. Jam enim in principio poſuerant:* In principio regis Joacim filii Joſiæ regis Juda, factum eſt verbum iſtud ad Jeremiam a Domino dicens.

v. 2. ※ Π. δεσμούς. Mſ. Jeſ. ut & ſequentes uſque ad verſum 7.

v. 7. ※ καὶ δουλεύσουσιν αὐτῷ &c. Mſ. Jeſ. ubi mendoſe legitur, ὁ καιρὸς τῆς ὀργῆς αὐτοῦ, pro ὁ καιρὸς τῆς γῆς αὐτοῦ. Druſius hoc modo legit, ἕως τοῦ ἐλθεῖν καιρὸν τῆς γῆς αὐτοῦ.

Ibid. ※ καὶ δουλεύσουσιν αὐτῷ &c. Mſ. Jeſ. & Druſius. Hieronymus vero ait Symmachum vertiſſe: *Subjiciant eum ſervituti gentes multæ* &c. Vide ſupra 25. 14.

v. 8. Druſius cum Edit. Complutenſi legit, ὅσοι ἂν μὴ ἐδούλευσαν, & infra, ὅσοι ἂν μὴ ἐμβ- In Cod. Jeſ. quem referimus, hæc additamenta cum aſteriſcis habentur intermixta cum textu τῶν O. hodierno, qui plerumque deficit.

v. 12. Druſius, ὑπὸ ζυγῷ τοῦ βασιλέως Βαβυλῶνος, καὶ ἐργάσασθε αὐτῷ καὶ τῷ λαῷ αὐτοῦ, καὶ ζῆτε.

v. 13. Druſius, ἱνατί ἀποθνήξεσθε σὺ καὶ ὁ λαός σου ἐν μαχαίρᾳ, καὶ ἐν λιμῷ, καὶ ἐν λοιμῷ, ὡς ἐλάλησε κύριος τῷ ἔθνει, ὃ οὐκ ἐδούλευσεν τῷ βασιλεῖ Βαβυλῶνος.

v. 14. Druſius, μὴ ἀκούσητε τὰ ῥήματα τῶν προφητῶν, λεγόντων ὑμῖν, μὴ δουλεύσητε &c.

v. 16. Druſius, νῦν ταχέως.

v. 17. Druſius, μὴ ἀκούετε αὐτῶν, ἀλλὰ δουλεύετε τῷ βασιλεῖ τῆς Βαβυλῶνος, καὶ ζῆτε. ἱνατί ἔσται αὕτη ἡ πόλις εἰς ἐρήμωσιν. Quæ omnia ex Editione Complutenſi deſumta ſunt.

v. 18. Hunc & reliquos hujus Capitis verſus, qui in τοῖς O. deſiderantur, non adfert Druſius; ſed ex Mſ. Jeſ. exſcripſimus. Hac autem de re Hieronymus: *Hæc, ut diximus, in LXX. non habentur, ſed de Hebraica veritate tranſlata ſunt: pro quo aliud, quod ſcriptum non erat, poſuêre dicentes:* Mihi quia ſic dixit Dominus: Et reliqua vaſa quæ non tulit rex Babylonis, quando tranſtulit Jechoniam de Jeruſalem in Babylonem, intrabunt, dicit Dominus; *ſenſum magis quam verba ponentes; forſitan irrationabile arbitrati, ut Deus loqueretur ad columnas, & ad mare, & ad baſes, & ad reliqua vaſa, quæ remanſerant in Jeruſalem; quaſi non legamus, & vermi matutino increpuiſſe Dominum, & mari locutum,* Tace, obmuteſce.

JEREMIÆ CAP. XXVIII.

בשנה ההוא בראשית 1. ※ ἐν ἔτει ἐκείνῳ ἐν ἀρχῇ. In O. vacat.

אמר יהוה צבאות אלהי ישראל לאמר 2. O. Εἶπε κύριος ※ A. Θ. τῶν δυνάμεων θεὸς Ισραὴλ λέγων:

אשר לקח נבוכדנאצר מלך־בבל מן־המקום הזה ויביאם בבל 3. ※ ὅσα ἔλαβε Ναβουχοδονόσορ βασιλεὺς Βαβυλῶνος ἐκ τοῦ τόπου τούτου, καὶ εἰσήγαγεν αὐτὰ εἰς Βαβυλῶνα.

ואת־יכניה בן־יהויקים־מלך יהודה ואת־כל־גלות יהודה הבאים בבלה אני משיב אל־המקום הזה נאם־יהוה 4. ※ καὶ τὸν Ιεχονίαν υἱὸν Ιωακεὶμ βασιλέα Ιούδα, καὶ πᾶσαν ἀποικίαν Ιούδα τοὺς εἰσελθόντας εἰς Βαβυλῶνα, ἐγὼ ἐπιστρέψω ἐπὶ τὸν τόπον τοῦτον, φησὶ κύριος.

ירמיה הנביא 5. O. Ιερεμίας ※ Π. ὁ προφήτης.

שמע־נא 7. ※ ἄκουσον δή. O. ἀκούσατε.

ולרעה ולדבר 8. ※ καὶ εἰς κακὸν καὶ εἰς θάνατον. In O. vacat.

1. HEbr. ※ *Vulg.* in anno illo, in principio.

2. *Hebr.* dixit Dominus exercituum Deus Iſrael dicendo. *LXX.* dixit Dominus ※ *A. Th.* virtutum Deus Iſrael dicens: *Vulg. dicit Dominus exercituum Deus Iſrael.*

3. *Heb.* quæ tulit Nabuchadnetſar rex Babel de loco iſto, & adduxit ea Babel. ※ quæcumque accepit Nabuchodonoſor rex Babylonis de loco hoc, & adduxit ea in Babylonem. *Vulg. quæ tulit Nabuchodonoſor rex Babylonis de loco iſto, & tranſtulit ea in Babylonem.*

4. *Heb.* & Jechoniam filium Joakim regem Juda, & omnem tranſmigrationem Juda, qui ingreſſi ſunt in Babel, ego reducens ad locum hunc, dicit Dominus. ※ & Jechoniam filium Joakim regem Juda, & omnem tranſmigrationem Juda, qui ingreſſi ſunt in Babylonem, ego reducam in locum hunc, dicit Dominus. *Vulg. & Jechoniam filium Joakim regem Juda, & omnem tranſmigrationem Juda, qui ingreſſi ſunt in Babylonem, ego convertam ad locum iſtum, ait Dominus.*

5. *Heb. Vulg.* Jeremias propheta. *LXX.* Jeremias ※ *Omnes*, propheta.

7. *Hebr.* audi nunc. ※ audi utique. *LXX.* audite. *Vulg. audi.*

8. *Heb.* & malo & peſte. ※ & in malum & in mortem. *In LXX. vacat. Vulg. & de afflictione & de fame.*

הנביא 9. ※ Π. τοῦ προφήτου. In O. vacat.

9. *Hebr.* ※ *Omnes*, prophetæ. *In LXX. vacat.*

הנביא 10. ※. Π. ψευδοπροφήτης. In O. vacat.

10. *Hebr. Vul.* propheta. ※ *Omnes*, pseudopropheta. *In LXX. vacat.*

הנביא ※ Π. τοῦ προφήτου.

Hebr. ※ *Omnes*, *Vulg.* prophetæ. *in LXX. vacat.*

11. אשבר את־על נבכדנאצר מלך־בבל בעוד שנתים ימים O. συντρίψω τὸν ζυγὸν ※ Π. Ναβουχοδονόσορ : βασιλέως Βαβυλῶνος ※ Α. Θ. ἐν δυσὶν ἔτεσιν ἡμερῶν :

11. *Heb.* confringam jugum Nabuchadnetsar regis Babel post duos annos dierum. *LXX.* conteram jugum ※ *Omnes*, Nabuchodonosor: regis Babylonis ※ *A. Th.* in duobus annis dierum : *Vulg. Confringam jugum Nabuchodonosor regis Babylonis post duos annos dierum.*

וילך ירמיה הנביא O. καὶ ᾤχετο Ἱερεμίας ※ Π. ὁ προφήτης.

Heb. Vul. & abiit Jeremias propheta. *LXX.* & discessit Jeremias ※ *Omnes*, propheta.

12. אחרי שבור חנניה הנביא את־המוטה O. μετὰ τὸ συντρίψαι Ἀνανίαν ※ Σ. τὸν προφήτην : τοὺς κλοιοὺς ※ Θ. αὐτοῦ :

12. *Hebr.* postquam confregit Hanania propheta vectem. *LXX.* postquam contrivisset Ananias ※ *S.* propheta : vectes ※ *Th.* suos : *Vulg. postquam confregit Hananias propheta catenam.*

13. כה־אמר יהוה צבאות אלהי ישראל O. οὕτως εἶπε κύριος ※ τῶν δυνάμεων ὁ θεὸς Ἰσραήλ :

13. *Heb.* sic dicit Dominus exercituum Deus Israel. *LXX.* sic dixit Dominus ※ virtutum Deus Israel.

14. על ברזל נתתי על־צואר כל־הגוים האלה לעבד את־נבכדנאצר מלך־בבל O. ζυγὸν σιδηροῦν ἔθηκα ἐπὶ τὸν τράχηλον πάντων τῶν ἐθνῶν ※ Α. Θ. τούτων, τοῦ : ἐργάζεσθαι τῷ ※ Α. Θ. Ναβουχοδονόσορ : βασιλεῖ Βαβυλῶνος.

14. *Heb.* jugum ferri dedi super collum cunctarum gentium illarum, ad serviendum Nabuchadnetsar regi Babel. *LXX.* jugum ferreum posui super collum omnium gentium ※ *A. Th.* harum ad : operandum ※ *A. Th.* Nabuchodonosor : regi Babylonis. *Vul. jugum ferreum posui super collum cunctarum gentium istarum, ut serviant Nabuchodonosor regi Babylonis.*

ועבדהו וגם את־חית השדה נתתי לו ※ Π. καὶ δουλεύσουσιν αὐτῷ καίγε τὰ θηρία τοῦ ἀγροῦ δέδωκα αὐτῷ. In O. vacat.

Hebr. & servient ei, & insuper bestias agri dedi ei. ※ *Omnes*, & servient ei, & quidem feras agri dedi ei. *In LXX. vacat. Vul. & servient ei : insuper bestias terræ dedi ei.*

15. ויאמר ירמיה הנביא אל־חנניה הנביא שמע־נא חנניה O. καὶ εἶπεν Ἱερεμίας ※ ὁ προφήτης : τῷ Ἀνανίᾳ ※ τῷ προφήτῃ, ἄκουσον δὴ Ἀνανία.

15. *Heb.* & dixit Jeremia propheta ad Hananiam prophetam, Audi nunc, Hanania. *LXX.* Et dixit Jeremias ※ propheta : Ananiæ ※ prophetæ, Audi utique, Anania. *Vul. & dixit Jeremias propheta ad Hananiam prophetam : Audi, Hanania.*

16. השנה אתה מת כי־סרה דברת אל־יהוה O. τούτῳ τῷ ἐνιαυτῷ ἀποθανῇ, ※ Θ. ὅτι ἔκκλισιν ἐλάλησας πρὸς τὸν κύριον.

16. *Hebr.* hoc anno tu mortuus es, quia defectionem locutus es ad Dominum. *LXX.* hoc anno morieris, ※ *Th.* quia declinationem locutus es adversus Dominum. *Vulg. hoc anno morieris : adversum enim Dominum locutus es.*

17. וימת חנניה הנביא בשנה ההיא בחדש השביעי ※ Π. καὶ ἀπέθανεν Ἀνανίας ὁ προφήτης ἐν τῷ ἐνιαυτῷ ἐκείνῳ, ἐν τῷ μηνὶ τῷ ἑβδόμῳ. O. καὶ ἀπέθανεν ἐν τῷ μηνὶ τῷ ἑβδόμῳ.

17. *Heb. Vulg.* & mortuus est Hananias propheta in anno illo, mense septimo. ※ *Omnes*, & mortuus est Ananias propheta in anno illo, in mense septimo. *LXX.* & mortuus est in mense septimo.

Notæ & variæ Lectiones ad Cap. XXVIII. Jeremiæ.

v. 1. ※ ἐν ἔτει ἐκείνῳ &c. Ms. Jes.

v. 2. ※ Α. Θ. τῶν δυνάμεων &c. Idem.

v. 3. ※ ὅσα ἔλαβεν &c. Idem. In hunc & duos sequentes versus Hieronymus : *Pro quibus LXX. transtulerunt :* Jechoniam, & transmigrationem Judæ, quia conteram jugum regis Babylonis, *breviter Hebraicæ veritatis sensum magis quam verba ponentes.*

v. 4. ※ καὶ τὸν Ἰεχονίαν &c. Idem.

v. 5. ※ Π. ὁ προφήτης. Idem.

v. 7. ※ ἄκουσον δή. Idem.

v. 8. ※ καὶ εἰς κακὰ &c. Idem.

v. 9. ※ Π. τοῦ προφήτου. Idem.

Ibid. ※ Π. ὁ ψευδοπροφήτης. Idem, & mox ※ τοῦ προφήτου.

v. 11. Hæc item cum hiatibus τῶν O. ac cum supplementis & notis sic effert idem Ms. Jes. Drusius legit, δύο ἔτη ἡμερῶν, ut Editio Complutensis.

v. 12. Ex Ms. Jes. ut supra.

v. 14. Ex Ms. Jes. ut supra. Postremam autem versûs partem sic effert Drusius ut Editio Complutensis : τοῦ δουλεύειν αὐτῷ, καίγε τὰ κτήνη τῆς γῆς ἔδωκα αὐτῷ.

v. 15. Sic hiatuum τῶν O. supplementa adfert Drusius.

v. 16. ※ ὅτι ἔκκλισιν ἐλάλησας πρὸς τὸν κύριον. Ita Ms. Jes. Et sic etiam Drusius sine Interpretis nomine. Hieronymus vero : *Quodque sequitur :* Quia adversus

Dominum locutus est Ananias Propheta in anno illo, in mense septimo, *in LXX. non habetur. Pro quo tantum posuerunt*, & mortuus est mense septimo. Hæc & alia non pauca hujus Capitis omiserunt LXX. ubi scilicet de Anania Propheta sermo erat: Ne pseudoprophetam, inquit Hieronymus, viderentur appellare Prophetam.

v. 17. ※ Π. καὶ ἀπέθανεν &c. Ms. Jes.

JEREMIÆ CAP. XXIX.

ירמיה הנביא 1. Ο. Ἱερεμίας ※ ὁ προφήτης.

כל-העם אשר הגלה נבוכדנאצר מירושלם בבלה Ο. πάντα τὸν λαὸν, Α. Θ. ※ οὓς ἀπῴκισε Ναβουχοδονόσορ εἰς Βαβυλῶνα.

שרי יהודה וירושלם 2. ※ Θ. καὶ ἀρχόντων Ἰούδα ἐξ Ἱερουσαλήμ. In O. vacat.

אל-נבוכדנאצר מלך 3. Ο. πρὸς ※ Π. Ναβουχοδονόσορ: βασιλέα.

כה אמר יהוה צבאות 4. Ο. οὕτως εἶπε κύριος ※ Α. Θ. τῶν δυνάμεων.

מירושלם בבלה Ο. ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ ※ εἰς Βαβυλῶνα.

ורבו-שם 6. Ο. καὶ πληθύνεσθε Π. ※ ἐκεῖ.

צבאות אלהי ישראל 8. ※ Α. Θ. τῶν δυνάμεων ὁ θεὸς Ἰσραήλ. In O. vacat.

את-דברי הטוב 10. ※ λόγους τοὺς ἀγαθούς. In O. vacat.

11. כי אנכי ידעתי את-המחשבת אשר אנכי חשב עליכם נאם-יהוה מחשבות שלום ※ Α. Θ. ὅτι ἐγὼ οἶδα τὸν λογισμὸν, ὃν ἐγώ εἰμι (λογίζων.) Ο. καὶ λογιοῦμαι ἐφ᾽ ὑμᾶς ※ Π. φησὶ κύριος: λογισμὸν εἰρήνης.

ותקוה וקראתם אתי והלכתם ※. Α. Θ. καὶ ἐλπίδα καὶ ἐπικαλέσασθέ με, καὶ πορεύεσθε. In O. vacat.

ומצאתם 12. Σ. (καὶ εὑρήσετε.)

14. ונמצאתי לכם נאם-יהוה ושבתי את-שביתכם וקבצתי אתכם מכל-הגוים ומכל-המקומות אשר הדחתי אתכם שם נאם-יהוה והשבתי אתכם אל-המקום אשר-הגליתי אתכם משם ※ Θ. καὶ ἐπιφανοῦμαι ὑμῖν, φησὶ κύριος, καὶ ἐπιστρέψω τὴν αἰχμαλωσίαν ὑμῶν, καὶ ἀθροίσω ὑμᾶς ἐκ πάντων τῶν ἐθνῶν, καὶ ἐκ πάντων τῶν τόπων, οὗ διέσπειρα ὑμᾶς ἐκεῖ, φησὶ κύριος. καὶ ἐπιστρέψω ὑμᾶς εἰς τὸν τόπον, ὅθεν ἀπῴκισα ὑμᾶς ἐκεῖ.

15. כי אמרתם הקים לנו יהוה נבאים בבלה Ο. ※ Θ. ὅτι εἴπατε, κατέστησεν ἡμῖν κύριος προφήτας ἐν Βαβυλῶνι.

1. Hebr. Jeremia propheta. *LXX.* Jeremias ※ propheta. *Vul. Jeremias propheta.*

Hebr. omnis populus quem transmigrare fecerat Nabuchadnetsar de Jerusalem in Babel. *LXX.* omnem populum ※ *A. Th.* quos transmigrare fecerat Nabuchodonosor in Babylonem. *Vulg. omnem populum, quem traduxerat Nabuchodonosor de Jerusalem in Babylonem.*

2. *Heb.* principes Juda & Jerusalem. ※ *Th.* & principum Juda ex Jerusalem. *Vulg. & principes Juda & Jerusalem.*

3. *Heb.* ad Nabuchadnetsar regem. *LXX.* ad ※ *Omnes*, Nabuchodonosor: regem. *Vulg. ad Nabuchodonosor regem.*

4. *Heb.* sic dicit Dominus exercituum. *LXX.* sic dixit Dominus ※ *A. Th.* virtutum. *Vul. Hæc dicit Dominus exercituum.*

Hebr. de Jerusalem in Babel. *LXX.* a Jerusalem ※ in Babylonem. *Vulg. de Jerusalem in Babylonem.*

6. *Heb. Vul.* & multiplicamini ibi. *LXX.* & multiplicamini ※ *Omnes*, ibi.

8. *Heb. Vulg.* exercituum Deus Israel. ※ *A. Th.* virtutum Deus Israel. *In LXX. vacat.*

10. *Hebr. Vul.* verbum meum bonum. ※ verba bona. *In LXX. vacat.*

11. *Hebr.* Nam ego novi cogitationes, quas ego cogito super vos, dixit Dominus: cogitationes pacis. ※ *A. Th.* quia ego novi cogitationem, quam ego sum [cogitans.] *LXX.* & cogitabo super vos ※ *Omnes*, dicit Dominus: cogitationem pacis. *Vul. Ego enim scio cogitationes, quas ego cogito super vos, ait Dominus, cogitationes pacis.*

Hebr. & spem, & invocabitis me, & ibitis. ※ *A. Th.* & spem, & invocate me, & ite. *In LXX. vacat. Vulg. & patientiam. Et invocabitis me, & ibitis.*

12. *Hebr. S. Vul.* & invenietis.

14. *Heb. Vul.* Et inveniar a vobis, ait Dominus, & reducam captivitatem vestram, & congregabo vos de universis gentibus, & de cunctis locis, ad quæ expuli vos, dicit Dominus: & reverti vos faciam de loco, ad quem transmigrare vos feci. (*Hebr.* ab inde.) ※ *Th.* Et apparebo vobis, dicit Dominus, & reducam captivitatem vestram, & congregabo vos de universis gentibus, & de universis locis, ubi dispersi vos illic, dicit Dominus, & reducam vos in locum, unde transmigrare vos feci illuc.

15. *Heb. Vul.* quia dixistis, Suscitavit nobis Dominus prophetas in Babel [*Vul. in Babylone.*] *LXX.* ※ *Th.* quia dixistis, Constituit nobis Dominus prophetas in Babylone.

16. כי־כה אמר יהוה אל־מלך היושב אל־כסא דוד ואל־כל־העם היושב בעיר הזאת אחיכם אשר לא־יצאו אתכם בגולה ※ Θ. ὅτι τάδε λέγει κύριος πρὸς τὸν βασιλέα τὸν καθήμενον ἐπὶ θρόνου Δαυΐδ, καὶ ἐπὶ πάντας τοὺς λαοὺς τοὺς κατοικοῦντας ἐν τῇ πόλει ταύτῃ, ἀδελφοὺς ὑμῶν, μὴ ἐξελθόντας μεθ' ὑμῶν ἐν τῇ ἀποικίᾳ.

16. *Heb.* Quia sic dicit Dominus ad regem sedentem super solium David, & ad omnem populum sedentem in urbe hac, fratres vestros, qui non egressi sunt vobiscum in transmigrationem. ※ *Th.* Quia hæc dicit Dominus ad regem sedentem super thronum David, & super omnes populos habitantes in urbe hac, fratres vestros, qui non egressi sunt vobiscum in transmigratione. *Vul. Quia hæc dicit Dominus ad regem, qui sedet super solium David, & ad omnem populum habitatorem urbis hujus, ad fratres vestros, qui non sunt egressi vobiscum in transmigrationem.*

17. כה אמר יהוה צבאות הנני משלח בם את־החרב את־הרעב ואת־הדבר ונתתי אותם כתאנים השערים אשר לא־תאכלנה מרע ※ Θ. τάδε λέγει κύριος τῶν δυνάμεων, ἰδοὺ ἐγὼ ἐξαποστέλλω εἰς αὐτοὺς τὴν μάχαιραν, τὸν λιμὸν καὶ τὸν θάνατον, καὶ δώσω αὐτοὺς ὥσπερ τὰ σῦκα τὰ σουαρείμ, ἃ οὐ βρωθῶσιν ἀπὸ πονηρίας.

17. *Hebr.* Sic dixit Dominus exercituum: Ecce ego mittens in eos gladium, famem, & pestem, & dabo eos sicut ficus turpes, quæ non comedentur præ malitia. ※ *Th.* Hæc dicit Dominus virtutum: Ecce ego mittam in eos gladium, famem, & mortem, & dabo eos sicut ficus suarim, quæ non comedentur præ malitia. *Vul. Hæc dicit Dominus exercituum: Ecce mittam in eos gladium, & famem, & pestem: & ponam eos quasi ficus malas, quæ comedi non possunt, eo quod pessimæ sint.*

השערים A. 2... Σ. τὰ ἔσχατα. Θ. τὰ σουαρείμ.

Hebr. turpes. *A.* 2. pessimas. *S.* novissimas. *Th.* suarim. *Vul.* malas.

18. ורדפתי אחריהם בחרב ברעב ובדבר ונתתים לזועה לכל ממלכות הארץ לאלה ולשמה ולשרקה ולחרפה בכל־הגוים אשר־הדחתים שם ※ Θ. καὶ διώξω ὀπίσω αὐτῶν ἐν ῥομφαίᾳ καὶ ἐν λιμῷ καὶ ἐν θανάτῳ. καὶ δώσω αὐτοὺς εἰς σάλον πάσαις βασιλείαις τῆς γῆς, εἰς ὅρκον καὶ εἰς ἀφανισμὸν, καὶ εἰς συρισμὸν καὶ εἰς ὄνειδος ἐν πᾶσι τοῖς ἔθνεσιν, οὗ διέσπειρα αὐτοὺς ἐκεῖ.

18. *Heb.* Et persequar post eos in gladio, in fame & in peste, & dabo eos in commotionem universis regnis terræ, in execrationem, & in stuporem, & in sibilum & in opprobrium in cunctis gentibus, quo expuli eos illuc. ※ *Th.* Et persequar post eos in gladio, & in fame, & in morte: & dabo eos in commotionem omnibus regnis terræ, in juramentum, & in destructionem, & in sibilum, & in opprobrium in omnibus gentibus, ubi dispersi eos illic. *Vulg. Et persequar eos in gladio, & in fame, & in pestilentia: & dabo eos in vexationem universis regnis terræ, in maledictionem, & in stuporem, & in sibilum, & in opprobrium cunctis gentibus, ad quas ego ejeci eos.*

19. תחת אשר־לא־שמעו אל־דברי נאם־יהוה אשר שלחתי אליהם את־עבדי הנבאים השכם ושלח ולא שמעתם נאם־יהוה ※ Θ. ἀνθ' ὧν ὅτι οὐκ ἤκουσαν τῶν λόγων μου, φησὶ κύριος, ὅτι ἀπέστειλα πρὸς αὐτοὺς τοὺς δούλους μου τοὺς προφήτας, ὀρθρίζων καὶ ἀποστέλλων, καὶ οὐκ ἠκούσατε, φησὶ κύριος.

19. *Heb.* pro eo quod non audierunt ad verba mea, dixit Dominus, quæ misi ad eos, servos meos prophetas, mane surgendo & mittendo: & non audistis, dixit Dominus. ※ *Th.* eo quod non audierunt verba mea, dicit Dominus: quia misi ad eos servos meos prophetas, mane surgens & mittens: & non audistis, dicit Dominus. *Vul. eo quod non audierint verba mea, dicit Dominus, quæ misi ad eos per servos meos prophetas, de nocte consurgens & mittens: & non audistis, dicit Dominus.*

20. ואתם שמעו דבר־יהוה כל־הגולה אשר־שלחתי מירושלם בבלה ※ Θ. καὶ ὑμεῖς ἀκούσατε λόγον κυρίου πᾶσα ἀποικία ἣν ἐξαπέστειλα ἐξ Ἱερουσαλὴμ εἰς Βαβυλῶνα.

20. *Heb.* Et vos, audite verbum Domini, omnis transmigratio, quam misi de Jerusalem in Babel. ※ *Th.* Et vos audite verbum Domini, omnis transmigratio, quam misi de Jerusalem in Babylonem. *Vulg. Vos ergo audite verbum Domini, omnis transmigratio, quam misi de Jerusalem in Babylonem.*

21. כה אמר יהוה צבאות אלהי ישראל Ο. οὕτως εἶπε κύριος ※ Α. Θ. τῶν δυνάμεων θεὸς Ἰσραήλ.

21. *Hebr.* sic dixit Dominus exercituum, Deus Israel. *LXX.* sic dixit Dominus ※ *A. Th.* virtutum Deus Israel. *Vulg. hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel.*

אחאב בן־קוליה O. Ἀχαάβ A. Θ. ※ υἱὸν Κωλίου.

Heb. Achab filium Culiah. *LXX.* Achab ※ *A. Th.* filium Culiæ. *Vulg. Achab filium Coliæ.*

בן־מעשיה הנבאים לכם בשמי שקר ※ Θ. υἱὸν Μαασίου τοὺς προφητεύοντας ὑμῖν ἐν ὀνόματί μου ἐπ᾽ ἀδίκῳ.

Heb. filium Maasiah prophetantes vobis in nomine meo mendaciter. ※ *Th.* filium Maasiæ prophetantes vobis nomine meo in iniquitate. *Vul. filium Maasiæ, qui prophetant vobis in nomine meo mendaciter.*

23. וידברו דבר בשמי שקר O. καὶ λόγον ἐχρημάτισαν ἐν τῷ ὀνόματί μου ※ A. Θ. ἄδικον.

23. *Hebr.* & locuti sunt verbum in nomine meo mendaciter. *LXX.* & verbum protulerunt in nomine meo ※ *A. Th.* iniquum. *Vul. & locuti sunt verbum in nomine meo mendaciter.*

ואנכי הוידע [sic] ועד O. ἐγὼ ※ A. Θ. εἰμι ὁ γνώστης καὶ : μάρτυς.

Heb. & ego cognoscens & testis. *LXX.* ego ※ *A. Th.* sum cognitor & : testis. *Vulg. ego sum judex & testis.*

25. לאמר כה־אמר יהוה צבאות אלהי ישראל לאמר יען אשר אתה שלחת בשמכה ספרים אל־כל־העם אשר בירושלם ואל־צפניה בן־מעשיה הכהן ואל־כל־הכהנים לאמר ※ λέγων, τάδε λέγει κύριος τῶν δυνάμεων ὁ θεὸς Ἰσραήλ, ἀνθ᾽ ὧν ὅτι σὺ ἀπέστειλας ἐν τῷ ὀνόματί σου τὰ βιβλία πρὸς πάντα τὸν λαὸν τὸν ἐν Ἱερουσαλήμ : καὶ πρὸς Σοφονίαν υἱὸν Μαασίου, ※ Θ. καὶ πρὸς πάντας τοὺς ἱερεῖς, λέγων.

25. *Heb.* dicendo : Sic dixit Dominus exercituum Deus Israel, dicendo : Pro eo quod tu misisti in nomine tuo literas ad omnem populum, qui in Jerusalem, & ad Suphuniah filium Maasiah Sacerdotem, & ad omnes sacerdotes, dicendo. ※ dicens : Hæc dicit Dominus virtutum Deus Israel : Pro eo quod tu misisti in nomine tuo libros ad omnem populum, qui in Jerusalem : & ad Sophoniam filium Maasiæ, ※ *Th.* & ad omnes Sacerdotes, dicendo. *Vulg. dicens : Hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel : Pro eo quod misisti in nomine tuo libros ad omnem populum, qui est in Jerusalem, & ad Sophoniam filium Maasiæ sacerdotem, & ad universos Sacerdotes, dicens.*

26. הצינק A. Σινώχ. Σ. μόχλον. ὁ Σύρος, εἱρκτήν. O. Θ. καταῤῥάκτην.

26. *Hebr.* nervum. *A.* Sinoch, *vel*, Sinach *S.* vectem. *Syrus*, *Vulg.* carcerem. *LXX. Th.* cataracten.

31. על־כל־הגולה O. πρὸς A. Θ. ※ ἅπασαν : ἀποικίαν.

31. *Heb. Vul.* ad omnem transmigrationem. *LXX.* ad ※ *A. Th.* universam : transmigrationem.

32. איש ישב O. ἄνθρωπος ※ A. Θ. ὁ καθήμενος.

32. *Heb. Vul.* vir sedens. *LXX.* homo ※ *A. Th.* sedens.

נאם־יהוה כי־סרה דבר על־יהוה ※ Θ. λέγει κύριος, ὅτι ἔκκλισιν ἐλάλησε κατὰ κυρίου.

Heb. dixit Dominus, quia defectionem locutus est adversus Dominum. ※ *Th.* dicit Dominus, quia declinationem locutus est contra Dominum. *Vul. ait Dominus : quia prævaricationem locutus est adversus Dominum.*

Notæ & variæ Lectiones ad Cap. XXIX. Jeremiæ.

v. 1. ※ ὁ προφήτης. Ms. Jes.
Ibid. ※ A. Θ. οὓς ἀπῴκισε &c. Idem.
v. 2. ※ καὶ ἀρχόντων Ἰούδα &c. Idem.
v. 3. ※ Π. Ναβουχοδονόσορ. Idem.
v. 4. ※ A. Θ. τῶν δυνάμεων. Idem.
Ibid. ※ εἰς Βαβυλῶνα. Idem.
v. 6. ※ Π. ἐκεῖ. Idem.
v. 8. ※ A. Θ. τῶν δυνάμεων &c. Idem.
v. 10. ※ λόγους τοὺς ἀγαθούς. Idem.
v. 11. ※ A. Θ. ὅτι ἐγὼ οἶδα &c. Idem.
Ibid. ※ A. Θ. καὶ ἐλπίδα &c. Idem.

v. 12. Hieronymus : Et ibitis ; *sive juxta Symmachum*, & invenietis. Sed ut recte annotat Drusius, hæc Symmachi lectio non respicit hæc verba, *& ibitis* ; sed sequentem versum, ubi in Hebræo legitur ומצאתם

v. 14. ※ Θ. καὶ ἐπιφανοῦμαι ὑμῖν, φησὶ κύριος, καὶ ἐπιστρέψω τὴν αἰχμαλωσίαν ὑμῶν &c. Hos & sequentes versus in LXX. non haberi notat Hieronymus, qni hanc versionem cum asteriscis adfert :

※ Et reducam captivitatem, & congregabo vos
※ de universis gentibus, & de cunctis locis ad quæ
※ expuli vos, dicit Dominus. Et reverti vos faciam
※ de loco ad quem transmigrare vos feci. Quia di-
※ xistis : Suscitabit nobis Dominus Prophetas in Ba-
※ bylone. Hæc enim dicit Dominus ad regem, qui
※ sedet super solium David ; & ad omnem populum
※ habitatorem urbis hujus, & ad fratres vestros, qui
※ non sunt egressi vobiscum in transmigrationem.
※ Hæc dicit Dominus exercituum : Ecce ego mittam
※ in eos gladium, famem, & pestem : & ponam eos
※ quasi ficus malas, quæ comedi non possunt : eo
※ quod pessimæ sint. Et persequar eos in gladio, &
※ in fame, & in pestilentia : & dabo eos in vexatio-
※ nem universis regnis terræ, in maledictionem, &
※ in stuporem, & in sibilum, & in opprobrium
※ cunctis gentibus, ad quas ego ejiciam eos : eo
※ quod non audierunt verba mea, dicit Dominus,
※ quæ misi ad eos per servos meos Prophetas, de
※ nocte consurgens, & mittens, & non audistis,
※ dicit Dominus. Vos ergo audite verbum Domini,
※ omnis transmigratio, quam emisi de Jerusalem in
※ Babylonem.

Deinde sic subsequitur Hieronymus : *Hucusque in*

LXX. non habetur, quæ asteriscis prænotavi. Cætera enim in quibus vel singuli versus, vel pauca ab eis prætermissa sunt verba, victus tædio annotare nolui, ne fastidium legentibus facerem.

v. 15. ※ Θ. ὅτι εἴπατε &c. Mſ. Jeſ. atque ita legitur hodie in τοῖς O.

v. 16. ※ ὅτι τάδε λέγει κύριος &c. Idem. Druſius vero ex Edit. Complut. οὕτω λέγει κύριος πρὸς τὸν βασιλέα τὸν καθήμενον ἐπὶ θρόνου Δαυὶδ, καὶ πρὸς πάντα τὸν λαὸν τὸν κατοικοῦντα ἐν τῇ πόλει ταύτῃ, καὶ πρὸς τοὺς ἀδελφοὺς ὑμῶν, οἱ οὐκ ἐξεπορεύθησαν μεθ' ὑμῶν εἰς αἰχμαλωσίαν.

v. 17. ※ τάδε λέγει &c. Druſius vero ex Editione Complutenſi, οὕτω λέγει κύριος τῶν δυνάμεων· ἰδοὺ ἐγὼ ἀποστελῶ εἰς αὐτοὺς μάχαιραν, καὶ λιμὸν, καὶ λοιμὸν, καὶ θήσω αὐτοὺς ὡς σῦκα πονηρὰ, ἃ οὐκ ἔδεσθαι δύνανται ὑπὸ τῆς πονηρίας. In Theodotione ſupra legitur, τὰ σῦκα τὰ σουαρείμ. Lectionem Theodotionis in hoc LXX. Interpretum defectu ſequi videtur Theodoretus, qui habet: καὶ δώσω αὐτοὺς ὥσπερ τὰ σῦκα σουαρὴμ, ἃ μὴ βρωθήσεται ἀπὸ πονηρίας. Deinde vero ſic pergit: ἅπερ εἶπεν ἄνω αἰσχρὰ, ἐνταῦθα σουαρὴμ ὠνόμασε. σουαρὴμ δέ ἐστι τῇ Ἑβραϊκῇ φωνῇ τὰ ἐν ταῖς ὕλαις φυόμενα, τουτέστι τὰ ἄγρια, τὰ ἀνεπιμέλητα, τὰ φυτουργίας οὐκ ἀξιούμενα, τὰ εἰς βρῶσιν ἄχρηστα. Hieronymus vero: Et ponam vos quaſi ficus malas, *quas Theodotio interpretatus eſt*, ſudrinas; *Secunda*, peſſimas; *Symmachus*, noviſſimas: *quæ Hebraïce appellantur* SUARIM; *ſed ſcriptorum vitio pro media ſyllaba, ſive littera* alpha, *Græcum* delta *inolevit.* Poſtrema Hieronymi Editio habet, *ſudrinas*, ſcilicet *peſſimas.* Sed aliæ Editiones & unus Codex Sangermanenſis perantiquus habent, *ſudrinas*; Secunda, *peſſimas*; id eſt, ut recte putat Druſius, ſecunda Aquilæ Editio.

v. 18. Sic Mſ. Jeſ. at Druſius ex Complut. καὶ διώξω αὐτοὺς ἐν μαχαίρᾳ, καὶ λιμῷ, καὶ λοιμῷ, καὶ δώσω αὐτοὺς εἰς κίνησιν ἐν πάσαις ταῖς βασιλείαις τῆς γῆς, καὶ εἰς κατάραν, καὶ εἰς ἀπορείαν, καὶ εἰς συρισμὸν, καὶ εἰς ὀνειδισμὸν πᾶσι τοῖς ἔθνεσι, πρὸς οὓς ἐγὼ ἐκβάλλω αὐτούς.

v. 19. Idem. Druſius vero ex Edit. Complut. διότι οὐκ ἤκουσαν τὰ ῥήματά μου, λέγει κύριος, ἃ ἀπέσταλκα πρὸς αὐτοὺς διὰ τοὺς δούλους μου τοὺς προφήτας, ὀρθρίζων καὶ ἀποστέλλων, καὶ οὐκ ἠκούσατε, λέγει κύριος.

v. 20. Idem. Druſius autem ex Edit. Complutenſi: ὑμεῖς οὖν ἀκούσατε τῶν λόγων κυρίου πᾶσα ἡ μετοικεσία, ἣν ἀπέσταλκα ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ εἰς Βαβυλῶνα.

v. 21. ※ Α. Θ. τῶν δυνάμεων, θεὸς Ἰσραήλ. Idem Mſ.

Ibid. ※ Α. Θ. υἱὸν Κωλίου. Idem.

Ibid. ※ Θ. υἱὸν Μαασίου &c. Idem.

v. 23. ※ Α. Θ. ἄδικον. Idem.

Ibid. ※ Α. Θ. εἰμὶ ὁ γνώστης ☾: Idem.

v. 25. ※ λέγων, τάδε λέγει &c. Eadem fere habet Druſius.

v. 26. Theodoretus legit, εἰς τὸ κατάκλεισμα σινὼχ, καὶ εἰς τὸν καταρράκτην. Hieronymus vero: Et in cataracten, *quem Symmachus* μόχλον, *Aquila ipſum verbum Hebraïcum poſuit*, SINAC. Alii legunt, *Sinoc*. Mſ. noſter habet *Sinas*, haud dubie pro SINAC.

v. 31. ※ Θ. ἅπασαν. Mſ. Jeſ.

v. 32. ※ Α. Θ. ὁ καθήμενος. Idem.

Ibid. ※ Θ. λέγει κύριος &c. Idem.

JEREMIÆ CAP. XXX.

כתב־לך 2. O. γράψον ※ Π. σεαυτῷ.

זכר 6. Σ. ἄρσης (ſic.) O. ἄρσεν.

כיולדה ※ Π. ὡς γυναικὸς τικτούσης. In O. vacat.

צבאות 8. ※ Π. τῶν δυνάμεων.

10. ואתה אל־תירא עבדי יעקב נאם־יהוה ואל־תחת ישראל כי הנני מושיעך מרחוק ואת־זרעך מארץ שבים ושב יעקב ושקט ושאנן ואין מחריד

※ Θ. σὺ δὲ μὴ φοβοῦ παῖς μου Ἰακὼβ λέγει κύριος, μηδὲ δειλιάσῃς Ἰσραὴλ, ὅτι ἰδοὺ ἐγὼ σώζω σε μακρόθεν καὶ τὸ σπέρμα σου ἀπὸ τῆς αἰχμαλωσίας αὐτῶν, καὶ ἐπιστρέψει Ἰακὼβ, καὶ ἡσυχάσει ἐν εὐπαθείᾳ, καὶ οὐκ ἔσται ὁ ἐκφοβῶν.

2. Hebr. *Vulg.* ſcribe tibi. *LXX.* ſcribe ※ *Omnes*, tibimetipſi.

6. *Hebr. S. Vul.* maſculus. *LXX.* maſculum.

Heb. tamquam parturientem. ※ *Omnes*, quaſi mulieris parturientis. *In LXX. vacat. Vul. quaſi parturientis.*

8. *Hebr. Vulg.* exercituum. ※ *Omnes*, virtutum.

v. 46. Σ. πτόησις ὅλῳ τῷ στόμ- &c. Colbertinus ex Origene. Sed πτόησις respondet voci פחד ut & θάμβος, quod alius Reliquorum esse dicit. Cætera autem Symmachi, quæ adfert Colbertinus, magis sensum quam verba ipsa Symmachi referunt.

v. 49. Σ. ὁ ὀφθαλμός μου &c. Sic Drusius. At Colbertinus ex Origene, κατὰ δὲ τὸν Σύμ. ἐπέμεινά τε δακρύων, οὐδ' ἐξέλιπον. In notis vero Editionis Romanæ sic legitur: *Origenes*, κατὰ Σύμ. ὅτι κατεπόντισάν με τὰ δάκρυα, τῇ τῶν ἐν ὕδατι πνιγομένων μεταφορᾷ. κατὰ δὲ τοὺς Ο. καταικόπτει με τὰ δάκρυα, καθάπερ ἄμπελον ἀκριβὴς τρυγητής.

v. 63. Ἄλλος, ἐγὼ ἀπὸ τῶν ψαλμῶν αὐτῶν. Ms. Jes.

THRENORUM JEREMIÆ CAP. IV.

תנין 3. Σ. σειρῆνες. Ο. δράκοντες.

כיענים Σ. ὡς στρουθοκάμηλοι. Ο. ὡς στρουθίον.

כמו־רגע 6. Σ. ἐξαπίνης. Ο. ὥσπερ σπουδή.

ולא־חלו בה ידים Σ. καὶ οὐκ ἐτρώσαν χεῖρες. Ο. καὶ οὐκ ἐπόνεσαν ἐν αὐτῇ χεῖρας.

7. זכו נזיריה משלג צחו מחלב אדמו עצם מפנינים ספיר גזרתם Σ. ἄχραντοι ἀφωρισμένοι αὐτῆς ὑπὲρ χιόνα, λαμπρότεροι γάλακτος, πυῤῥότεροι τὴν ἕξιν ὑπὲρ τὰ περίβλεπτα, σάπφειρος τὰ μέλη αὐτῶν. Ο. ἐκαθαριώθησαν Ναζιραῖοι αὐτῆς ὑπὲρ χιόνα, ἔλαμψαν ὑπὲρ γάλα, ἐπυρώθησαν, ὑπὲρ λίθου σαπφείρου τὸ ἀπόσπασμα αὐτῶν.

חשך משחור תארם 8. Σ. σκοτεινότερον ἀσβόλης τὸ εἶδος αὐτῶν. Ο. ἐσκότασεν ὑπὲρ ἀσβόλην τὸ εἶδος αὐτῶν.

14. נעו עורים בחוצות נגאלו בדם בלא יוכלו יגעו בלבשיהם Σ. ἀκατάστατοι ἐγένοντο τυφλοὶ ἐν ταῖς ἐξόδοις, ἐφύρησαν ἐν αἵματι, ὥστε μὴ δύνασθαι ἅψασθαι τῆς ἐσθῆτος αὐτῶν. Ο. ἐσαλεύθησαν ἐγρήγοροι αὐτῶν ἐν ταῖς ἐξόδοις, ἐμολύνθησαν ἐν αἵματι, ἐν τῷ μὴ δύνασθαι αὐτοὺς, ἥψαντο ἐνδυμάτων αὐτῶν.

צדו 18. ὁ Σύρος, ἐθήρευσαν. Ο. ἐθηρεύσαμεν.

רוח אפינו 20. Α. πνεῦμα μυκτήρων ἡμῶν. Σ. πνοὴ μυκτήρων ἡμῶν. Ο. πνεῦμα προσώπου ἡμῶν.

3. **H**ebr. draco. *S.* sirenes. *LXX.* dracones. *Vulg. lamiæ.*

Hebr. veluti ululæ. *S.* quasi struthocameli. *LXX. S. Vul.* quasi struthio.

6. *H.* quasi repente. *S.* repente. *LXX.* quasi subito. *Vulg. in momento.*

H. & non resederunt in ea manus. *S.* quam non vulneraverunt manus. *LXX.* & non laboraverunt in ea manibus. *Vulg. & non ceperunt in ea manus.*

7. *Hebr.* Mundi fuerunt Nazaræi ejus præ nive, canduerunt præ lacte, rubuerunt corpore præ margaritis: Sapphir excisio eorum. *S.* Immaculati sunt segregati ejus supra nivem, splendidiores lacte, rubicundiores corpore super conspicua: sapphirus membra eorum. *LXX.* Mundati sunt Nazíræi ejus super nivem, splenduerunt super lac, rubuerunt, super lapidem Sapphiri excisio eorum. *Vulg. Candidiores Nazaræi ejus nive, nitidiores lacte, rubicundiores ebore antiquo, Sapphiro pulchriores.*

8. *Hebr.* obscurata est præ nigredine forma eorum. *S.* obscurior fuligine species eorum. *LXX.* obtenebrata est super fuliginem species eorum. *Vulg. denigrata est super carbones facies eorum.*

14. *Hebr.* Moverunt se cæci in plateis, polluerunt se, ut non possint tangere in vestimenta eorum. *S.* Instabiles facti sunt cæci in plateis, conspersi sunt sanguine, ut non posset tangi vestimentum eorum. *LXX.* Commoti sunt vigiles ejus in plateis: polluti sunt in sanguine, cum ipsi non possent, tetigerunt vestimenta sua. *Vulg. Erraverunt cæci in plateis, polluti sunt in sanguine: cumque non possent, tenuerunt lacinias suas.*

18. *H. Syrus*, venati sunt. *LXX.* venati sumus. *Vul. lubricaverunt.*

20. *Hebr. A.* spiritus narium nostrarum. *S.* halitus narium nostrarum. *LXX.* spiritus faciei nostræ. *Vul. spiritus oris nostri.*

Notæ & variæ Lectiones ad Cap. IV. Threnorum Jeremiæ.

v. 3. Σ. σειρῆνες. Ex Drusio & ex Edit. Romana, ut & aliæ pene omnes hujus Capitis lectiones.

Ibid. Σ. ὡς στρουθοκάμηλοι. Editio Romana ex Olympiodoro, qui sic habet: ἀποπτύσαι καὶ τοὺς στρουθοκαμή-

λους μὴ δυνάμενοι, ἀλλὰ τὴν γῆν ἀεὶ διαθέοντες. τὸ γὰρ στρουθίον οὕτως ἐξέδωκε Σύμμαχος. i. *Avolare enim more struthocamelorum non possunt, sed semper in terra discurrunt. στρουθίον enim ita edidit Symmachus.*

v. 6. Σ. ἐξαπίνης. Colbertinus ex Origene, itemque Editio Romana.

Ibid. Σ. ἐν ἡ οὐκ ἐτρώθησαν χεῖρες. Iidem.

v. 7. Σ. ἄχραντοι Iidem. Colbertinus autem sic habet: ἡγιασμένοι γὰρ τὸ, Ναζιραῖοι, δηλοῖ· οὕτω γὰρ Σύμμ. καὶ Θεοδοτίων ἐν τῷ Αμὼς τοὺς ἡγιασμένους ἐξέδωκαν. . . . . ἔχει δὲ τὰς χρυσιζούσας φλέβας· ἧς δὴ τὴν ἕξιν αὐτῶν ὁ Σύμμ. ἀπείκασεν.

v. 8. Σ. σκοτεινότερον &c. Drusius.

v. 14. Σ. ἀκατάστατοι &c. Colbert. & Edit. Rom.

v. 18. ὁ Σύρος, ἐθήρευσαν. Theodoretus. Drusius legit, ἐθηρεύσαντο.

v. 20. A. πνεῦμα μυκτήρων ἡμῶν &c. Drusius ex Edit. Romana.

THRENORUM JEREMIÆ CAP. V.

מימינו 4. Αλλ. ἐξ ἡμερῶν ἡμῶν. Ο. ὕδωρ ἡμῶν.

על צוארנו 5. Σ. ὁ ζυγὸς κατὰ τοῦ τραχήλου ἡμῶν. Ο. ἐπὶ τὸν τράχηλον ἡμῶν.

מצרים נתנו יד אשור לשבע לחם 6. Σ. τοῖς Αἰγυπτίοις μὲν ἑαυτοὺς ἐξεδώκαμεν· τοῖς δὲ Ασσυρίοις λιμῷ πιεζόμενοι προσεδράμομεν. Ο. Αἴγυπτος ἔδωκε χεῖρα, Ασσοὺρ εἰς πλησμονὴν αὐτῶν.

4. Hebr. aquas nostras. *Alius*, ex diebus nostris. *LXX. Vul.* aquam nostram.

5. *Heb.* super colla nostra. *S.* jugum contra collum nostrum. *LXX.* super collum nostrum. *Vulg. cervicibus nostris.*

6. *Heb.* Ægypto dedimus manum, Assyrio, ut saturaremur pane. *S.* Ægyptiis quidem nos ipsos dedimus; ad Assyrios autem fame compulsi accurrimus. *LXX.* Ægyptus dedit manum, Assur ad satietatem eorum. *Vul. Ægypto dedimus manum, & Assyriis ut saturaremur pane.*

Notæ & variæ Lectiones ad Cap. V. Threnorum Jeremiæ.

v. 4. Αλλος, ἐξ ἡμερῶν ἡμῶν. Ms. Jes. Vox Hebraïca utroque potest modo explicari, si varie legatur.

v. 5. Σ. ζυγὸς κατὰ τοῦ τραχήλου ἡμῶν. על si varie legatur, utramque explicationem admittit, & ζυγὸς, & ἐπὶ, vel ὑπέρ.

v. 6. καὶ δὲ Σύμμαχον, τοῖς Αἰγυπτίοις μὲν &c. Ubi putamus non verba Symmachi, sed sensum exprimi. LXX. legisse videntur להם pro לחם

IN EZECHIELEM

MONITUM.

HIS usi sumus Manuscriptis Editisque Libris, in colligendis veterum Interpretum Lectionibus.

Codice RR. PP. Jesuitarum unde multa excerpsimus.

Codice Coisliniano in Ezechielem, pervetusto.

Codice Regio Bombycino XIII. sæculi.

Codice San-Germanensi Antiquissimo Langobardicis litteris descripto, ubi S. Hieronymi Comment in Ezechielem.

Origene multis in locis.

Gregorio Neocæsariensi in Ezechielem.

Eusebio de locis Hebraïcis.

Athanasii edito semel.

Hieronymi Edito Comment. in Ezechielem.

Theodoreti Edito in Ezechielem.

Notis Romanæ Editionis & Drusii.

EZECHIELIS

CAPUT PRIMUM.

הגולה 1. Οἱ λοιποὶ, μετοικεσίας. Ο. αἰχμαλωσίας.

כבר χοβὰρ βαρυσμός.

עליו שם 3. Ο. ἐπ' ἐμὲ ※ ἐκεῖ.

רוח סערה 4. Α. (ἄνεμος λαίλαπος.) Σ. πνεῦμα καταιγίζον. Ο. πνεῦμα ἐξαῖρον. Θ. . . . .

ונגה לו סביב ומתוכה כעין החשמל מתוך האש ὁ Ἑβραῖος, φῶς γὰρ ἐν μέσῳ αὐτοῦ ὡς ὅρασις ἴριδος, καὶ αὕτη διαφανὴς ἦν ἐν μέσῳ αὐτῶν. Ο. καὶ φέγγος κύκλῳ αὐτοῦ καὶ πῦρ ἐξαστράπτον, καὶ ἐν τῷ μέσῳ αὐτοῦ ὡς ὅρασις ἠλέκτρου ἐν μέσῳ τοῦ πυρός.

וארבע כנפים לאחת להם 6. Ο. καὶ τέσσαρες πτέρυγες τῷ ἑνὶ ※ Α. Θ. αὐτοῖς.

ורגליהם רגל ישרה 7. Ο. καὶ τὰ σκέλη αὐτῶν ※ σκέλη: ὀρθά.

וכף רגליהם ככף רגל עגל Α. τὸ δὲ ἴχνος τῶν ποδῶν αὐτῶν ὡς ἴχνος στρόγγυλον. Σ. τὸ δὲ ἴχνος τῶν ποδῶν αὐτῶν ὡς ἴχνος μόσχου. In O. vacat, & textus non convenit.

8. וכנפיהם לארבעתם חברת אשה אל־אחותה כנפיהם לא־יסבו ※ Α. Θ. καὶ αἱ πτέρυγες αὐτῶν τῶν τεσσάρων ἐχόμεναι ἑτέρα τῆς ἑτέρας, καὶ αἱ πτέρυγες αὐτῶν οὐκ ἐπεστρέφοντο.

ופניהם 11. ※ καὶ τὰ πρόσωπα αὐτῶν. In O. vacat.

לא יסבו בלכתן 12. Ο. καὶ οὐκ ἐπέστρεφον ※ ἐν τῷ ἐκπορεύεσθαι αὐτά.

והחיות רצוא ושוב כמראה הבזק 14. ※ Θ. καὶ τὰ ζῶα ἔτρεχον καὶ ἀνέκαμπτον ὡς εἶδος τοῦ Βεζέκ. Α. (καὶ τὰ ζῶα ἔτρεχον καὶ ἀνέκαμπτον) ὡς εἶδος ἀπορροίας ἢ ἀστραπῆς. Σ. (καὶ τὰ ζῶα ἔτρεχον καὶ ἀνέκαμπτον) ὡς εἶδος ἀκτῖνος ἀστραπῆς. In O. vacat.

ומעשיהם כעין תרשיש 16. Α. καὶ αἱ ποιήσεις αὐτῶν ὡς ὀφθαλμὸς χρυσολίθου. Σ. . . . . ὡς ὅρασις ὑακίνθου. Θ. καὶ αἱ ποιήσεις αὐτῶν ὡς εἶδος Θαρσείς.

1. *Heb. & Reliqui*, transmigrationis. *LXX.* captivitatis. *Vulg. captivorum.*

Heb. Chobar, aggravatio.

3. *H. Vulg.* super eum ibi. *LXX.* super me ※ ibi.

4. *Heb. A. Vulg.* ventus turbinis. *S.* spiritus procellosus. *LXX.* spiritus auferens. *Th.* flatus tempestatis.

H. & splendor ei undique, & de medio ejus veluti species crepitantis flammæ, de medio ignis. *Hebræus*, Lumen quippe in medio ejus quasi aspectus iridis, & ipsa perspicua erat in medio eorum. *LXX.* & splendor in circuitu ejus, & ignis fulgurans, & in medio ejus quasi visio electri, in medio ignis. *Vulg. & splendor in circuitu ejus: & de medio ejus quasi species electri, id est, de medio ignis.*

6. *H.* & quatuor alæ unicuique eis. *LXX.* & quatuor alæ uni. ※ *A. Th.* eis: *Vul. & quatuor pennæ uni.*

7. *H.* & pedes eorum, pes rectus. *LXX.* & crura eorum ※ crura: recta. *Vul. pedes eorum pedes recti.*

Hebr. & planta pedum eorum veluti planta pedis vituli. *A.* vestigium vero pedum eorum veluti vestigium rotundum. *S.* vestigium autem pedis eorum quasi vestigium vituli. *In LXX. vacat. Vulg. & planta pedis eorum quasi planta pedis vituli.*

8. *Heb.* & alæ eorum in quatuor ipsis junctæ alia ad aliam, alæ eorum non revertebantur. ※ *A. Th.* & alæ eorum quatuor junctæ alia ad aliam, & alæ eorum non revertebantur. *Vulg. & pennas per quatuor partes habebant. Junctæque erant pennæ eorum alterius ad alterum: non revertebantur.*

11. *H.* ※ & facies eorum. *In LXX. vacat. Vulg. facies eorum.*

12. *Hebr.* non revertebantur in ambulando illa. *LXX.* & non revertebantur ※ in exeundo ipsa: *Vul. nec revertebantur cum ambularent.*

14. *Heb.* & animalia currere & redire, secundum aspectum coruscationis. ※ *Th.* & animalia currebant & deflectebant quasi species Bezec. *A.* (& animalia currebant & deflectebant) quasi species fluxus aut fulguris. *S.* (& animalia currebant & reflectebant) quasi species radii fulguris. *Vulg. & animalia ibant & revertebantur, in similitudinem fulguris coruscantis.*

16. *Heb.* & opus earum quasi aspectus Tharsis. *A.* & operationes earum quasi oculus chrysolithi. *S.* . . . . quasi visio hyacinthi. *Th.* & operationes earum quasi species Tharsis. *Vulg. & opus earum, quasi visio maris.*

ודמות אחד לארבעתן ומראיהם ומעשיהם O. καὶ ὁμοίωμα ἓν τοῖς τέσσαρσιν ※ Θ. καὶ ἡ ὅρασις αὐτῶν : καὶ τὸ ἔργον αὐτῶν.

Heb. & similitudo una quatuor ipsis aspectus earum : & opus earum. *LXX.* & similitudo una quatuor. ※ *Th.* & visio earum : & opus earum. *Vulg. & una similitudo ipsarum quatuor : & aspectus earum, & opera.*

אל־ארבעת רבעיהן בלכתם ילכו 17. O. ἐπὶ τὰ τέσσαρα μέρη αὐτῶν. ※ Θ. ἐν τῷ πορεύεσθαι αὐτοὺς : ἐπορεύοντο.

17. *H.* ad quatuor quadrilatera sua in eundo ibant. *LXX.* ad quatuor partes ipsarum. ※ *Th.* in procedendo ipsos : procedebant. *Vulg. per quatuor partes earum euntes ibant.*

ויראה להם 18. Ἀλλ. καὶ φοβεροὶ ἦσαν.

18. *Hebr.* & pavor propter eas. *Al.* & terribiles erant. *Vulg. & horribilis aspectus.*

ילכו האופנים אצלם 19. O. ἐξῃρέοντο ※ A. Θ. οἱ τροχοὶ ἐν αὐτοῖς.

19. *Heb.* ambulabant rotæ juxta ea. *LXX.* extollebant se. ※ *A. Th.* rotæ in ipsis. *Vulg. ambulabant pariter & rotæ juxta ea.*

בקול־שדי בלכתם קול המלה בקול מחנה 24. ※ Θ. ὡς φωνὴν ἱκανοῦ ἐν τῷ πορεύεσθαι αὐτά, φωνὴ τοῦ λόγου, ὡς φωνὴ παρεμβολῆς.

24. *H.* tamquam vocem Saddai in eundo ipsa, vocem loquelæ tamquam vocem castrorum. ※ *Th.* tamquam vocem potentis cum ambularent ipsa : vox verbi tamquam vox castrorum. *Vul. quasi sonum sublimis Dei : cum ambularent quasi sonus erat multitudinis, ut sonus castrorum.*

שדי A. Σ. ἱκανοῦ.

Hebr. saddai. *A. S.* potentis. *Vulg. sublimis Dei.*

בעמדם תרפינה כנפיהן וממעל לרקיע אשר על־ראשם 26. ※ Θ. ἐν τῷ ἑστάναι αὐτὰ ἀνιόντα. αἱ πτέρυγες αὐτῶν, καὶ ὑπεράνω τοῦ στερεώματος τοῦ ὑπὲρ κεφαλῆς αὐτῶν.

26. *H.* cum starent, demittebant alas suas, & desuper firmamentum, quod super caput eorum. ※ *Th.* cum starent ipsa remittentia: alæ eorum & supra firmamentum quod super caput eorum. *Vulg. stabant & submittebant alas suas. Et super firmamentum, quod erat imminens capiti eorum.*

כמראה־אש בית־לה סביב 27. ※ A. Θ. ὡς ὅρασις πυρὸς ἔσωθεν αὐτοῦ κύκλῳ.

27. *H.* tamquam aspectus ignis domus ipsi circum. ※ *A. Th.* quasi visio ignis intra ipsum in circuitu. *Vul. velut aspectum ignis, intrinsecus ejus per circuitum.*

Notæ & variæ Lectiones ad Cap. I. Ezechielis.

v. 1. οἱ λοιπ. τῆς μετοικεσίας. Drusius. In hunc vero locum Hieronymus : *Significantiusque juxta Hebræos & cæteros Interpretes transmigratio dicitur Joachim, & non captivitas, quod LXX. transtulerunt. Non enim captus urbe superata, sed voluntate se tradens, ductus est in Babylonem. Igitur Joachim, i. Jechoniæ, dicatur prima transmigratio : Sedeciæ autem secunda, vel extrema captivitas.* Hîc Codex Jes. has nominum propriorum interpretationes adfert, Χοβὰρ βαρυσμός, Ἰωακείμ, Ἰαὼ ἑτοιμάσιος, Ἰεζεκιὴλ, κράτος θεοῦ, Βουζὶ, πεφαυλισμένος.

v. 3. ※ ἐκεῖ. Ms. Jes.

v. 4. Hieronymus : *Aq.* ventus turbinis (quem sequitur ipse Hieron.) *Sym. & Theodotio*, flatus ac spiritus tempestatis. Aquila Græce haud dubie habuisse videtur ἄνεμος λαίλαπος. Vide Lexicon Græcum in λαῖλαψ. Symmachi lectionem Græce adfert Theodoretus.

Ibid. ὁ Ἑβραῖος, φῶς γὰρ ἐν μέσῳ αὐτοῦ &c. Ms. Reg. bombycinus, similiterque Coislinianus ex Polychronio.

v. 6. ※ A. Θ. αὐτοῖς. Ms. Jes.

v. 7. ※ σκέλη : Idem.

Ibid. Gregorius Neocæsariensis in Ezechielem cap. 1. qui Commentarius etiam Gregorio Nazianzeno falsò adscribitur : τὸ ἴχνος δὲ τῶν ποδῶν, ὡς μὲν ὁ Σύμμαχος, μόσχου διὰ τὸ γεωπόνον· ὡς δὲ Ἀκύλας, στρόγγυλον, διὰ τὸ κάλλιστον τῶν σχημάτων, τὸ εἶδος δὲ τῶν τροχῶν, ὡς μὲν ὁ Σύμμαχος, ὑακίνθινον.

v. 8. ※ A. Θ. καὶ αἱ πτέρυγες αὐτῶν. Ms. Jes.

v. 11. ※ καὶ τὰ πρόσωπα αὐτῶν. Idem.

v. 14. ※ Θ. καὶ τὰ ζῶα ἔτρεχον &c. Hæc ex Ms. Jes. Drusio, & Hieronymo, qui sic habet : *Quodque sequitur*, & animalia currebant, & revertebantur quasi species Bezec, *de Editione Theodotionis in LXX. additum est.* Et paulo post: *Essetque quæstio, nisi sequeretur*, in similitudinem fulguris coruscantis, *quod Hebraïco sermone dicitur* Bezec, *& interpretatus est Symmachus*, quasi species radii fulguris.

Drusius hæc notat in vocem בזק *Scholion*, τὸ βεζὲκ ἀστραπὴν σημαίνει. *Greg. Naz.* Bezec, fulgur. *Hieron.* fulgur coruscans. *Philo in Nom. ex libro Judicum*, fulgur micans. *Idem*, Adonibezec, Dominus meus fulgurans, *vel*, Dominus fulminis.

v. 16. Ms. Jes. ※ A. Θ. καὶ αἱ ποιήσεις αὐτῶν ὡς εἶδος Θαρσεΐς. Ubi priora tantum verba, καὶ αἱ ποιήσεις αὐτῶν, Aquilæ esse possunt. Nam posteriora, nisi ex altera ejus Editione prodierint, Aquilæ esse nequeunt : notat enim idem Codex, A. ὡς ὀφθαλμὸς χρυσολίθου. Σ. ὡς ὅρασις ὑακίνθου. Hanc vero lectionem asserit supra Gregorius Neocæsariensis, ubi ait, ὡς μὲν ὁ Σύμμαχος ὑακίνθινον. Quamobrem cum ait Hieronymus : *Pro* Tharsis, *quam nos in mare vertimus, Aquila* hyacinthum *posuit, qui lapis cœli habet similitudinem* ; vel memoria labitur, vel a Librariis vitiatus videtur. Scholion, τὸ Θαρσεῒς χρυσόλιθόν φησιν, ἢ ὑάκινθον. quod ex Edit. Rom. habet Drusius.

Ibid. ※ Θ. καὶ ἡ ὅρασις αὐτῶν. Ms. Jes.

v. 17. ※ ἐν τῷ πορεύεσθαι αὐτοὺς : Idem.

v. 18. Ἀλ. καὶ φοβεροὶ ἦσαν. Drusius, qui addit : *Legitur in quibusdam Libris, & apud Theodoretum ; nec Hieron. agnoscit in versione.*

v. 19. ※ A. Θ. οἱ τροχοὶ ἐν αὐτοῖς. Mſ. Jeſ.

v. 24. ※ Θ. ὡς φωνὴν ἱκανȣ̃ &c. Mſ. Jeſ. Aquila item & Symmachus ἱκανὸν vertunt, ut ait Theodoretus. Vide Lexicon Hebraïcum infra ad vocem שדי & Græcum ad vocem ἱκανός.

v. 26. ※ Θ. ἐν τῷ ἑςάναι &c. Mſ. Jeſ.

v. 27. ※ A. Θ. ὡς ὅρασις &c. Idem.

EZECHIELIS CAP. II.

פשעו בי עד־עצם היום הזה והבנים קשי פנים 3. וחזקי־לב אני שולח אותך אליהם ※ Θ. ἠτέθησάν ἐν ἐμοὶ ἕως τῆς σήμερον ἡμέρας, καὶ υἱοὶ σκληροπρόσωποι καὶ στερεοκάρδιοι· ἐγὼ ἀποστέλλω σε πρὸς αὐτούς.

אדני יהוה 4. ὁ Ἑβραῖος, ἀδωναῒ ἐλωΐ. O. κύριος κύριος. in Mſ. Jeſ.

יחדלו 7. Oἱ λοιποὶ, κοπάσȣσιν. O. φοβηθῶσιν.

וכתוב אליה קינים והגה והי 10. A. γεγραμμένον ἦν ἐν αὐτῷ κτῆσις καὶ ἀντίβλησις, καὶ ἔςαι. Σ. θρῆνος καὶ κατάλεγμα καὶ μέλος πενθικόν. O. Θ. θρῆνος καὶ μέλος καὶ ȣ̓αί.

3. Hebr. Prævaricati ſunt in me uſque ad corpus diei iſtius: & filii duri facie, & duri corde: ego mittens te ad eos. ※ *Th.* Prævaricati ſunt in me uſque ad hanc diem: & filii duri facie & graves corde: ego mitto te ad eos. *Vulg. Prævaricati ſunt pactum meum uſque ad diem hanc. Et filii dura facie & indomabili corde ſunt, ad quos ego mitto te.*

4. *H. Vul.* Dominus Deus. *Hebræus*, Adonaï Eloï. *LXX.* Dominus Dominus.

7. *Hebr. & Reliqui*, ceſſent. *LXX.* timeant. *Vul. quieſcant.*

10. *Hebr.* & ſcriptum in eâ lamentationes, & gemitus, & væ. *A.* & ſcriptum in ea poſſeſſio & collatio, & erit. *S.* lamentationes & querimonia, & carmen lugubre. *LXX. Th.* lamentatio & carmen & væ. *Vul. & ſcriptæ erant in eo lamentationes & carmen & væ.*

Notæ & variæ Lectiones ad Cap. II. Ezechielis.

v. 3. ※ Θ. ἠτέθησαν ἐν ἐμοὶ &c. Mſ. Jeſ. Eamdem porro lectionem ſequitur Theodoretus, qui tamen habet θρασυκάρδιοι, pro ςερεοκάρδιοι. Hieronymus in Comment. ait hæc apud LXX. non haberi.

v. 4. ὁ Ἑβραῖος, ἀδωναῒ ἐλωΐ. Ita Regius Codex bombycinus.

v. 7. οἱ λοιποὶ, κοπάσȣσιν. Idem.

v. 10. A. γεγραμμένον ἦν ἐν αὐτοῖς &c. Hæ lectiones prodeunt ex Notis Edit. Romanæ, & ex Reg. Bombycino, ubi legitur κτίσις, ut & in Edit. Rom. ſed male pro κτῆσις: nam קינין derivat Aquila a קנה poſſedit. In verſione Symmachi κατάλεγμα legitur, cujus vocis interpretationem non ſatis aſſequor. Jeremiæ 25. 30. idem habet κατάλημμα, ſed exprimit ibi vocem Hebraïcam הידד

EZECHIELIS CAP. III.

את אשר־תמצא אכול 1. Oἱ Γ. ὃ ἐὰν εὕρῃς φάγε. O. κατάφαγε.

חזקי־מצח 7. ※ A. ἰσχυροὶ μετώπῳ. Σ. ἀναιδεῖς μετώπῳ. O. φιλόνεικοι.

חזק מצר נתתי מצחך 9. O. κραταιότερον πέτρας ※ Θ. δέδωκα τὸ μέτωπόν σȣ.

ולא־תחת ※ Σ. μηδὲ ὑποςείλῃς. O. μηδὲ φοβηθῇς.

וקול 13. Σ. καὶ σύγκρȣσιν. O. φωνήν.

תל אביב 15. A. Σ. Θ. Θὴλ ἀβίβ. O. μετέωρος, καὶ περιῆλθον.

משמים A. 2. ἠρεμάζων. O. ἀναςρεφόμενος. Θ. (θαυμάζων.)

שבעת ימים ויהי דבר־יהוה אלי לאמר 16. O. ἑπτὰ ἡμέρας ※ A. Θ. Σ. καὶ ἐγένετο λόγος κυ-

1. Hebr. & tres Int. quod inveneris comede. *LXX.* comede. *Vul. quodcumque inveneris comede.*

7. *Heb.* rigidi fronte. *A.* fortes fronte. *S.* impudentes fronte. *LXX.* contentioſi. *Vul. attrita fronte.*

9. *H.* fortem præ petra dedi frontem tuam. *LXX.* fortiorem petra ※ *Th.* dedi frontem tuam. *Vulg. & ut ſilicem dedi faciem tuam.*

Heb. neque conſterneris. ※ *S.* neque cedas. *LXX. Vulg.* neque metuas.

13. *Heb. Vulg.* & vocem. *S.* & concuſſionem. *LXX.* vocem.

15. *H. A. S. Th.* Thel abib. *LXX.* ſublimis, & circuivi. *Vulg. ad acervum novarum frugum.*

H. ſtupefactus. *A. 2.* quieſcens. *LXX.* converſans. *Th.* admirans. *Vul. mœrens.*

16. *H.* ſeptem dierum, & fuit verbum Domini ad me, dicendo. *LXX.* ſeptem dies ※ *A. Th. S.* & factum eſt verbum Domini ad me, di-

ειν

εἰς πρός με λέγων.

cens. *Vulg. septem dies, factum est verbum Domini ad me, dicens.*

והזהרת 17. Σ. καὶ προφυλάξεις. O. καὶ διαπειλήσῃ.

17. *Heb.* & admonebis. *S.* & custodies. *LXX.* & comminaberis. *Vul. & annuntiabis.*

לחיתו 18. A. τοῦ σῶσαι αὐτόν. O. ζῆσαι αὐτόν.

18. *H.* ad vivificandum eum. *A.* ad salvandum eum. *LXX.* ut vivat. *Vul. & vivat.*

מכשול 20. Οἱ λοιποὶ, σκάνδαλον. O. βάσανον. Θ. ἀσθένειαν.

20. *Heb. Vul.* offendiculum. *Reliqui*, scandalum. *LXX.* tormentum. *Th.* infirmitatem.

כי לא הזהרתו ※ Σ. ἐπειδὴ μὴ προεφύλαξας αὐτόν. O. ὅτι οὐ διεστείλω αὐτόν.

Hebr. quia non admonuisti eum. ※ *S.* quia non custodisti eum. *LXX.* quia non distinxisti ei. *Vulg. quia non annuntiasti ei.*

ולשונך ארביק אל־חכך 26. O. καὶ τὴν γλῶσσάν σου συνδήσω ※ Θ. πρὸς τὸν λάρυγγά σου.

26. *H.* & linguam tuam adhærere faciam ad palatum tuum. *LXX.* & linguam tuam colligabo ※ *Th.* ad guttur tuum. *Vul. & linguam tuam adhærere faciam palato tuo.*

ונאלמת Σ. καὶ ἄλαλος ἔσῃ. O. καὶ ἀποκωφωθήσῃ.

Hebr. S. Vulg. & eris mutus. *LXX.* & mutus evades.

השמע ישמע והחדל יחדל 28. A. 2. (ὁ ἀκούων ἀκουσθήσεται, καὶ ὁ καταλείπων καταλειφθήσεται.) O. ὁ ἀκούων ἀκουέτω, καὶ ὁ ἀπειθῶν ἀπειθείτω.

28. *Hebr.* audiens audiat, & cessans cesset. *A.* 2. qui audit audietur, & qui relinquit relinquetur. *LXX.* qui audit, audiat, & qui est inobediens, non obediat. *Vulg. qui audit, audiat: & qui quiescit, quiescat.*

Notæ & variæ Lectiones ad Cap. III. Ezechielis.

v. 1. οἱ Γ. ὃ ἐὰν εὕρῃς φάγε. Ms. Jes.

v. 7. ※ A. ἰσχυροὶ μετώπῳ. Σ. ἀναιδεῖς μετώπῳ. Idem.

v. 9. ※ Θ. δέδωκα &c. Idem. Ibid. ※ Σ. μηδὲ ὑπενδῷς. Idem.

v. 13. Σ. καὶ σύγκρουσιν. Idem.

v. 15. A. Σ. Θ. θηλ αβιβ. Hieron. *Pro eo quod nos posuimus*, acervus novarum frugum, *Aquila, Symmachus, & Theodotio ipsa verba posuêre Hebraica.* Et paulo post: *Nos autem ab Hebræis didicimus* Thel abib *significare quando nova frumenta vel hordea congregantur.*

Ibid. Hieron. *Pro eo quod nos diximus*, mœrens, *& in Hebræo scriptum est*, MASMIN, *Theodotio transtulit*, admirans; *Aquilæ vero secunda Editio, quam Hebræi κατὰ ἀκρίβειαν nominant, transtulit*, ἠρεμάζων; *id est*, quiescens, *&* seorsum positus.

v. 16. ※ A. Σ. Θ. καὶ ἐγένετο &c. Ms. Jes.

v. 17. Σ. καὶ προφυλάξεις. Idem.

v. 18. A. τοῦ σῶσαι αὐτόν. Idem.

v. 20 οἱ λοιποὶ, σκάνδαλον. Idem. Θ. ἀσθένειαν. Ex Hieronymo, qui ait Theodotionem vertisse, *infirmitatem.*

Ibid. ※ Σ. ἐπειδὴ μὴ προεφύλαξας. Ms. Jes.

v. 26. ※ Θ. πρὸς τὸν λάρυγγά σου. Idem.

Ibid. Σ. καὶ ἄλαλος ἔσῃ. Idem.

v. 28. Aquilæ Editionis secundæ versionem Latine adfert Hieronymus, *qui audit audietur* &c. Ex Latinis Græce posuimus inter uncinos, ὁ ἀκούων &c.

EZECHIELIS CAP. IV.

לבנה 1. Σ. πλίνθιον. O. πλίνθον.

4. ÷ πεντήκοντα καὶ ἑκατὸν, οὐ κεῖται παρ' Ἑβραίοις.

1. Hebr, LXX. *Vul.* laterem. *S.* laterculum. 4. ÷ quinquaginta & centum, *non exstat apud Hebræos.*

שלש־מאות ותשעים יום 5. ※ Οἱ λοιποὶ, τριακοσίας καὶ ἐνενήκοντα ἡμέρας. O. ἐννενήκοντα καὶ ἑκατὸν ἡμέρας.

5. *H. Vulg.* trecentos nonaginta dies. ※ *Reliqui*, trecentos & nonaginta dies. *LXX.* nonaginta & centum dies.

על־צדך הימיני שנית 6. O. ἐπὶ τὸ πλευρόν σου τὸ δεξιὸν ※ A. Θ. δεύτερον.

H. Vul. super latus tuum dexterum secundo. *LXX.* super latus tuum dexterum ※ *A. Th.* secundo.

כסמים 9. A. 2. Σ. ζέας, vel ζείας. O. Θ. ὄλυραν.

9. *H.* speltas. *A.* 2. *S.* speltam. *LXX. Th.* olyram. *Vul. viciam.*

לחמם טמא 13. ※ Οἱ Γ. τὸν ἄρτον αὐτῶν ἀκάθαρτον. O. ἀκάθαρτα.

13. *H.* ※ *Tres Int. Vulg.* panem suum pollutum. *LXX.* immunda.

אהה אדני יהוה 14. A. ἆ, ἆ, ἆ. Σ. μηδαμῶς. O. μηδαμῶς κύριε θεὲ Ἰσραήλ. Θ. ὦ κύριε θεός.

14. *Heb.* Ahah, Domine Deus. *Aq.* a, a, a. *S.* nequaquam. *LXX.* nequaquam Domine Deus Israel. *Th.* ô, Domine Deus. *Vul. A, a, a, Domine Deus.*

את־צפועי 15. A. Θ. τὰ βόλβιτα. O. βόλβιτα.

15. *H.* stercora. *A. LXX. Th.* stercora boum. *Vulg. fimum boum.*

מטה־לחם 16. A. 1. ἄρτου. A. 2. Σ. Θ. στερέωμα ἄρτου. O. στήριγμα ἄρτου.

16. *H. A.* 1. *Vulg.* baculum panis. *A.* 2. *S. Th.* firmamentum panis. *LXX.* fulcimentum panis.

Notæ & variæ Lectiones ad Cap. IV. Ezechielis.

v. 1. Hieron. *Pro* latere, *qui Græce dicitur fœminino genere* ἡ πλίνθος, *Symmachus manifestius interpretatus est* πλίνθιον, *quem nos* laterculum *&* abacum *appellare possumus. In cujus pulvere solent Geometræ* γράμμας, *i. lineas radiosque describere.*

v. 4. Hæc nota ex Mſ. Jeſ.

v. 5. ※ οἱ λοιπ. τριακοσίας &c. Hîc dies pro annis habendos putat Hieronymus, qui hæc fusissime pertractat in Commentario, dicitque post alia multa: *Satisque miror cur Vulgata Exemplaria* centum nonaginta annos *habeant; & in quibusdam scriptum sit*, centum quinquaginta; *cum perspicue & Hebraïcum, & Aquila, Symmachusque & Theodotio* trecentos nonaginta annos *teneant; & apud ipsos LXX. qui tamen non sunt scriptorum vitio depravati, idem numerus reperiatur.* Et sane in Notis Edit. Rom. dicitur quædam Exemplaria sic habere, & Polychronium ita legisse, ἐνενήκοντα καὶ τριακοσίας ἡμέρας.

v. 6. ※ Α. Θ. δεύτερον. Mſ. Jeſ.

v. 9. Hieron. *Quam nos* viciam *interpretati sumus; pro quo in Hebræo dicitur* CHASAMIM; *LXX. Theodotioque posuerunt* ὄλυραν, *quam alii* avenam, *alii* secalem [*Martianæus* sigalam, *Mſ. Sangermanensis antiquissimus* sicalam] *putant. Aquilæ autem prima Editio & Symmachus* ζέας *sive* ζείας *interpretati sunt: quas nos vel* far, *vel gentili Italiæ Pannoniæque sermone* spicam speltam*que dicimus.*

v. 13. ※ οἱ Γ. τὸν ἄρτον &c. Mſ. Jeſ.

v. 14. Aquila, *ah, ah, ah.* S. LXX. μηδαμῶς. Hieron. Vide Lexicon Hebraïcum in אהה

v. 15. Α. Θ. βόλβιτα. Mſ. Jeſ. in textu cum asterisco, quia articulus τὰ ex Α. Θ. additur.

v. 16. Hieron. *Verbum Hebraïcum* MATE, *prima Aquilæ Editio* baculum; *Secunda, & Symmachus, Theodotioque* στερέωμα, *id est*, firmamentum, *interpretati sunt.*

EZECHIELIS CAP. V.

ולקחת לך מאזני 1. Ο. καὶ λήψῃ ※ Α. Θ. σεαυτῷ: ζυγόν.

את־השלשית 2. Α. Θ. τὸ τρίτον. Sic quater legitur. Ο. τὸ τέταρτον.

אריק Σ. γυμνώσω. Ο. ἐκκενώσω.

בכנפיך 3. Σ. ἐν ἄκρῳ τοῦ ἱματίου σου. Ο. τῇ ἀναβολῇ σου.

4. ÷ Ο. καὶ ἐρεῖς, οὐ κεῖται παρ' Ἑβραίοις.

5. זאת ירושלם בתוך הגוים שמתיה וסביבותיה ארצות Σ. . . . . . Ο. αὕτη ἡ Ἱερουσαλὴμ, ἐν μέσῳ τῶν ἐθνῶν τέθεικα αὐτὴν, καὶ τὰς κύκλῳ αὐτῆς χώρας.

1. *Heb.* & capies tibi bilances. *LXX.* & accipies. ※ *A. Th.* tibi ipsi: jugum. *Vul. & assumes tibi stateram.*

2. *H. Th. Vul.* tertiam partem, *quater legitur. LXX.* quartam partem.

Hebr. LXX. evacuabo. *S. Vulg.* nudabo.

3. *Hebr.* in alis tuis. *S.* in summitate vestimenti tui. *LXX.* indumento tuo. *Vulg. in summitate pallii tui.*

4. ÷ *LXX.* & dices, *non exstat apud Hebræos.*

5. *Hebr.* hæc Jerusalem, in medio gentium posui eam, & circuitibus ejus terræ. *S.* hæc Jerusalem, quam in medio nationum posui, & circa eam regiones. *LXX.* hæc Jerusalem, in medio gentium posui eam, & quæ sunt in circuitu ejus terras. *Vulg. ista est Jerusalem, in medio gentium posui eam, & in circuitu ejus terras.*

6. ותמר את־משפטי לרשעה מן־הגוים ואת־חקותי מן־הארצות אשר סביבותיה כי במשפטי מאסו וחקותי לא־הלכו בהם Σ. . . . .

Ο. καὶ ἐρεῖς τὰ δικαιώματά μου τῇ ἀνόμῳ ἐκ τῶν ἐθνῶν, καὶ τὰ νόμιμά μου τῶν χωρῶν τῶν κύκλῳ αὐτῆς· διότι τὰ δικαιώματά μου ἀπώσαντο, καὶ ἐν τοῖς νομίμοις μου οὐκ ἐπορεύθησαν ἐν αὐτοῖς.

6. *Hebr.* & mutavit judicia mea in impietatem præ gentibus, & statuta mea præ terris quæ in circuitu ejus; quia in judiciis meis reprobaverunt, & statutis meis non ambulaverunt in eis. *S.* Commutavit judicia impietatibus, quas didicit a gentibus, & justificationes meas a regionibus, quæ sunt in circuitu ejus: quia legitima mea reprobaverunt, & in judiciis meis non ambulaverunt. *LXX.* & dices justificationes meas ipsi iniquæ ex gentibus, & legitima mea de regionibus, quæ sunt in circuitu ejus: quia judicia mea repulerunt, & in legitimis meis non ambulaverunt in eis. *Vul. & contempsit judicia mea, ut plus esset impia quam gentes; & præcepta mea ultra quam terræ quæ in circuitu ejus sunt: judicia enim mea projecerunt, & in præceptis meis non ambulaverunt.*

7. יען המנכם מן־הגוים אשר סביבותיכם
Α. 2. . . . .
Σ. . . . .

7. *Heb.* quia multiplicastis præ gentibus, quæ in circuitu vestro. *A. 2.* eo quod numerati estis in gentibus, quæ in circuitu vestro sunt. *S.* multitudo vestra fuit ex gentibus, quæ in

O. ἀνθ' ὧν ἡ ἀφορμὴ ὑμῶν ἐκ τῶν ἐθνῶν τῶν κύκλῳ ὑμῶν.

תועבתיך 11. ※ Θ. τοῖς προσοχθίσμασί σου.

והשלשית בחרב יפלו 12. ※ Θ. τὸ τέταρτόν σου ἐν μαχαίρᾳ πεσεῖται.

והשלשית לכל־רוח אזרה ※ A. καὶ τὸ τέταρτόν σου εἰς πάντα ἄνεμον σκορπιῶ αὐτούς.

חמתי בם והנחמתי 13. O. καὶ ἡ ὀργή μου ἐπ' αὐτοὺς ※ Θ. καὶ παρακληθήσομαι.

ולחרפה בגוים אשר סביבותיך 14. ※ καὶ εἰς ὄνειδος ἐν τοῖς ἔθνεσι τοῖς κύκλῳ σου.

וגדופה 15. A. Σ. βλασφημία. O. Θ. καὶ δηλαϊστή.

מוסר ומשמה ※ Θ. παιδεία καὶ ἀφανισμός.

שפטים באף ובחמה ובתכחות חמה O. κρίματα ※ Θ. ἐν ὀργῇ καὶ θυμῷ: καὶ ἐκδικήσει τοῦ θυμοῦ σου.

את־חצי הרעב הרעים 16. O. βολίδας τοῦ λιμοῦ ※ ταῖς πονηραῖς.

אשלח אותם לשחתכם ורעב אסף עליכם ※ Θ. ἀποστελῶ αὐτὰς διαφθεῖραι ὑμᾶς, καὶ λιμὸν συνάξω ἐφ' ὑμᾶς. In O. vacat.

circuitu vestro sunt. *LXX.* quia occasio vestra de gentibus, quæ in circuitu vestro sunt. *Vul. quia superastis gentes, quæ in circuitu vestro sunt.*

11. *Heb.* ※ *Th. Vulg.* abominationibus tuis.

12. *Hebr.* & tertia pars in gladio cadent. ※ *Th.* & quarta pars tui in gladio cadet. *Vulg. & tertia pars tui in gladio cadet.*

Hebr. & tertiam partem in omnem ventum dispergam. ※ *A.* & quartam partem tuam in omnem ventum dispergam illos. *Vulg. tertiam vero partem in omnem ventum dispergam.*

13. *Heb.* indignationem meam in eis, & consolatus ero. *LXX.* & ira mea super ipsos, ※ *Th.* & consolatus ero. *Vul. indignationem meam in eis, & consolabor.*

14. *Hebr.* ※ & in opprobrium in gentibus, quæ in circuitu tuo. *Vul. & in opprobrium gentibus, quæ in circuitu tuo sunt.*

15. *H.* & convitium. *A. S. Vul.* blasphemia. *LXX. Th.* & misera.

Heb. castigatio & stupor. ※ *Th.* eruditio & destructio. *Vul. exemplum & stupor.*

Heb. judicia in furore & in ira, & in increpationibus iræ. *LXX.* judicia ※ *Th.* in ira & furore: & ultione iræ tuæ. *Vul. judicia in furore & in indignatione, & in increpationibus iræ.*

16. *Heb.* sagittas famis malas. *LXX.* sagittas famis ※ malas. *Vul. sagittas famis pessimas.*

Heb. mittam eos ad disperdendum vos, & famem colligam super vos. ※ *Th.* mittam eas ad perdendum vos, & famem congregabo super vos. *In LXX. vacat. Vul. mittam ut disperdam vos: & famem congregabo super vos.*

Notæ & variæ Lectiones ad Cap. V. Ezechielis.

v. 1. O. καὶ λήμψῃ (sic sæpe) ※ A. Θ. σεαυτῷ: ζυγόν. Ms. Jes. In vetustissimis Codicibus λήμψῃ pro λήψῃ passim legitur.

v. 2. A. Θ. τὸ τρίτον, & sic quater in eodem versu in Notis Editionis Romanæ.

Ibid. Σ. γυμνώσω. Ms. Reg. Bombycinus & Ms. Jes.

v. 3. Σ. ἐν ἄκρῳ. Ms. Jes.

v. 4. Ex eodem Ms. Jes.

v. 5. Hujus & sequentis versûs interpretationem Latine adfert Hieronymus dicens: *Quod pulchre interpretatus est Symmachus:* Hæc, *inquiens*, Jerusalem *&c.* ut supra.

v. 7. Secundæ Aquilæ Editionis, & Symmachi lectiones Latine adfert Hieronymus.

v. 11. ※ Θ. τοῖς προσοχθίσμασί σου. Ms. Jes.

v. 12. ※ Θ. καὶ τὸ τέταρτον &c. Idem. Hieronymus vero: *Quod posuimus*, Et quarta pars tui in gladio cadet, *de Theodotionis Editione sub asteriscis additum est.* In Hebræo legitur השלשית *tertia pars*, quam lectionem sequitur Vulgata. LXX. καὶ τὸ τέταρτόν σου ἐν ῥομφαίᾳ πεσοῦνται.

Ibid. ※ A. καὶ τὸ τέταρτόν σου &c. Ms. Jes. Quæ lectio hodie in τοῖς O. habetur, ex Aquila, ut videtur, desumta.

v. 13. ※ Θ. καὶ παρακληθήσομαι. Idem Ms. Jes.

v. 14. ※ εἰς ὄνειδος &c. Idem. Quod abesse a LXX. testificatur Hieronymus.

v. 15. Hieronymus: *In LXX. legitur:* Et erit στενακτή, i. gemibilis. *Et de Theodotione additum est*, καὶ δηλαϊστή, *cujus verbi notitiam non habemus. Pro quo tres alii Interpretes*, blasphemiam, *transtulerunt, quæ in Hebraïco dicitur*, GEDDUPHA. Et paulo post: δηλαϊστήν & δηλαίαν, *quidam* infelicem, *&* miseram: *alii* perspicuam *&* expositam ad miserias *intelligi volunt.* Drusius legit δειλαϊστή, sed melius δηλαϊστή, & sic habent optimi Mss. Hieronymi. Quid autem intelligat per tres alios Interpretes, seclusis O. & Θ. divinandum relinquitur. Putaverim esse Aquilæ Primam, & Secundam, atque Symmachum; vel fortassis Aquilam, Syrum & Symm. vel Quintæ, Sextæ & Septimæ lectionem esse. Certe sic possunt tres illi alii Interpretes indicari. Mirum tamen erit hoc tantum Ezechielis loco memorari tres illos Interpretes. Quare in dubio res versatur.

Ibid. ※ Θ. παιδεία καὶ ἀφανισμός. Ms. Jes.

Ibid. ※ Θ. ἐν ὀργῇ καὶ θυμῷ. Idem.

v. 16. ※ ταῖς πονηραῖς. Idem.

EZECHIELIS CAP. VI.

ונשמו מזבחותיכם ונשברו חמניכם 4. A. Θ. καὶ ἀφανισθήσεται τὰ θυσιαστήρια ὑμῶν, καὶ συντριβήσεται τὰ τεμένη ὑμῶν. O. καὶ συντριβήσονται τὰ θυσιαστήρια ὑμῶν, καὶ τὰ τεμένη ὑμῶν.

4. Hebr. & desolabuntur altaria vestra, & confringentur aprica vestra. *Alii*, statuæ vestræ. *A. Th.* & destruentur altaria vestra, & conterentur delubra vestra. *LXX.* & conterentur altaria vestra, & delubra vestra. *Vulg. & demoliar aras vestras, & confringentur simulacra vestra.*

ונתתי את־פגרי בני ישראל לפני גלוליהם 5. ※ Θ. καὶ δώσω τὰ σώματα τῶν υἱῶν Ισραὴλ κατὰ πρόσωπον τῶν εἰδώλων αὐτῶν.

5. *Heb.* & dabo cadavera filiorum Israel ad facies idolorum eorum. ※ *Th.* & dabo corpora filiorum Israel ad faciem idolorum eorum. *Vul. & dabo cadavera filiorum Israel ante faciem simulacrorum vestrorum.*

ונשבתו 6. O. καὶ συντριβήσονται. Θ. καὶ καταπαύσουσιν.

6. *Hebr. Th. Vul.* & cessabunt. *LXX.* & conterentur.

ונמחו מעשיכם ※ Θ. καὶ ἐξαλειφθῶσιν τὰ ἔργα ὑμῶν.

Heb. ※ *Th. Vul.* & delebuntur opera vestra.

אני יהוה והותרתי 7. O. ἐγὼ κύριος ※ Θ. καὶ ἀπολείψομαι.

7. *Heb.* ego Dominus. Et remanere faciam. *LXX.* ego Dominus. ※ *Th.* & relinquam. *Vul. ego Dominus. Et relinquam.*

את־לבם הזונה אשר־סר 9. O. τῇ καρδίᾳ αὐτῶν τῇ ἐκπορνευούσῃ ※ Θ. καὶ ἀποστάσῃ.

9. *Heb.* cum corde eorum fornicante, quod declinavit. *LXX.* cordi eorum fornicanti, ※ *Th.* & deficienti. *Vul. cor eorum fornicans, & recedens.*

10. לא אל־חנם דברתי לעשות להם הרעה הזאת ※ Θ. οὐκ εἰς δωρεὰν λελάληκα τοῦ ποιῆσαι αὐτοῖς ἅπαντα τὰ κακὰ ταῦτα.

10. *Heb.* non gratis locutus sum ad faciendum eis malum hoc. ※ *Th.* non gratis locutus sum ad facienda eis omnia mala hæc. *Vul. non frustra locutus sum ut facerem eis malum hoc.*

אח 11. A. ἃ, ἅ. Σ. σχετλίασον. O. εὖγε, εὖγε. Θ. εὖγε.

11. *Heb. Vulg.* Heu. *A.* a a. *S.* plange. *LXX.* Euge, euge. *Th.* euge.

והנשאר והנצור ברעב ימות 12. ※ Θ. καὶ ὁ ὑπολειφθεὶς καὶ ὁ περιεχόμενος ἐν λιμῷ συντελεσθήσεται.

12. *Hebr.* & relictus & servatus in fame morietur. ※ *Th.* & relictus & obsessus in fame morietur. *Vulg. & qui relictus fuerit & obsessus, fame morietur.*

בכל ראשי ההרים 13. ※ Θ. καὶ ἐν πάσαις κορυφαῖς τῶν ὀρέων συσκίου. Σ. εὐθαλές.

13. *Hebr.* in cunctis capitibus montium, ※ *Th.* & in omnibus cacuminibus montium umbrosi. *S.* frondosum. *Vul. & in cunctis summitatibus montium*

ותחת כל־אלה עבתה A. Σ. Θ. καὶ ὑποκάτω πάσης δρυὸς δασείας.

Heb. & subtus omnem quercum implicatam. *A. S. Th.* & sub omni quercu frondosa. *Vulg. & subtus universam quercum frondosam.*

Notæ & variæ Lectiones ad Cap. VI. Ezechielis.

v. 4. ※ A. Θ. καὶ ἀφανισθήσεται &c. Mſ. Jeſ.

v. 5. ※ Θ. καὶ δώσω τὰ σώματα &c. Drusius legit πτώματα, quod idipsum significat. Hieronymus: *Hoc quod nos posuimus:* Et dabo cadavera filiorum Israel ante faciem simulachrorum vestrorum, *in LXX. non habetur.*

v. 6. Mſ. Jeſ. post ἐξολοθρευθήσῃ, quod legitur in O. ※ Θ. καὶ πλημμελήσουσι, & post συντριβήσονται, ※ Θ. καὶ καταπαύσουσι.

Ibid. ※ Θ. καὶ ἐξαλειφθῶσι &c. Idem. Multa autem in hoc Capitulo a LXX. prætermissa fuisse testificatur Hieronymus.

v. 7. ※ Θ. καὶ ἀπολείψομαι. Idem.

v. 9. ※ Θ. καὶ ἀποστάσῃ. Idem.

v. 10. ※ Θ. οὐκ εἰς δωρεὰν &c. Idem.

v. 11. Hieronymus: *Quod ostenditur verbo*, heu: *pro quo Aquila interpretatus est*, ἃ ἅ, *Symmachus* σχετλίασον, *quod significat* lamentare, *vel* plange; *LXX. & Theodotio* εὖγε, *quod magis insultantis est, quam plangentis.*

v. 12. ※ Θ. καὶ ὁ ὑπολειφθεὶς &c. Mſ. Jeſ.

v. 13. ※ Θ. καὶ ἐν πάσαις &c. Idem.

Ibid. A. Σ. Θ. καὶ ὑποκάτω Idem. Hæc porro a LXX. prætermissa fuisse testificatur Hieronymus.

EZECHIELIS CAP. VII.

3. עתה הקץ עליך ושלחתי אפי בך ושפטתיך כדרכיך ונתתי עליך את כל־תועבתיך Αλλος, νῦν τὸ πέρας πρὸς σέ· καὶ ἀποστελῶ ἐγὼ ἐπὶ σὲ, καὶ ἐκδικήσω ἐν ταῖς ὁδοῖς σου, καὶ δώσω ἐπὶ σὲ πάντα τὰ βδελύγματά σου.

3. Heb. nunc finis super te, & mittam furorem meum in te, & judicabo te juxta vias tuas, & dabo super te omnes abominationes tuas. *Al.* nunc terminus ad te, & mittam ego super te, & ulciscar in viis tuis, & dabo super te omnes abominationes tuas. *Vul. Nunc finis super te, & immittam furorem meum in te: & judicabo te juxta vias tuas, & ponam contra te omnes abominationes tuas.*

4. ולא־תחוס עיני עליך ולא אחמול כי דרכיך עליך אתן ותועבותיך בתוכך תהיין וידעתם כי־אני יהוה Αλλος, οὐ φείσεται ὁ ὀφθαλμός μου ἐπὶ σὲ, οὐδὲ μὴ ἐλεήσω, διότι τὴν ὁδόν σου ἐπὶ σὲ δώσω, καὶ τὰ βδελύγματά σου ἐν μέσῳ σου ἔσται, καὶ γνώσῃ ὅτι ἐγὼ κύριος.

4. *Heb.* & non parcet oculus meus super te, nec indulgebo: nam vias tuas super te dabo, & abominationes tuæ in medio tui erunt, & scietis quod ego Dominus. *Al.* non parcet oculus meus super te, nec miserebor, quia viam tuam super te dabo, & abominationes tuæ in medio tui erunt, & cognosces quia ego Dominus. *Vulg. & non parcet oculus meus super te, & non miserebor: sed vias tuas ponam super te, & abominationes tuæ in medio tui erunt: & scietis quia ego Dominus.*

5. כה אמר ארני יהוה רעה אחת רעה הנה באה Αλλος, διότι τάδε λέγει ἀδωναῒ κύριος ※ Θ. κακία μία, κακία ἰδοὺ πάρεστι. Σ. κάκωσις.

5. *Hebr.* sic dixit Dominus Deus, Malum unum, malum ecce venit. *Al.* quia hæc dicit Adonai Dominus, ※ *Th.* Malitia una, malitia ecce adest. *S.* afflictio. *Vulg. Hæc dicit Dominus Deus, Afflictio una, afflictio ecce venit.*

6. קץ בא בא הקץ הקיץ אליך ※ Θ. τὸ πέρας ἥκει, ἥκει τὸ πέρας, ἐξεγέρθη πρὸς σέ.

6. *Heb. Vulg.* finis venit, venit finis: evigilavit adversum te. ※ *Th.* finis venit, venit finis: exsuscitatus est ad te.

7. באה הצפירה אליך ※ Θ. ἰδοὺ ἥκει ἡ πλοκὴ ἐπὶ σέ. A. ἡ προσκόπησις.

7. *H.* venit cidaris ad te. ※ *Th.* ecce venit nexus ad te. *A.* prospectio. *Vulg. venit contritio super te.*

בא העת קרוב היום מהומה ולא־הד הרים
Σ. . . . .
Θ. ἥκει ὁ καιρὸς, ἤγγικεν ἡ ἡμέρα ἡ τῶν θορύβων, οὐδὲ μετ' ὠδίνων. Θ. . . . .

Hebr. venit tempus, propinqua dies tumultûs, & non repercussio montium. *S.* venit tempus, prope est dies festinationis, & non recrastinationis. *LXX. Ms. Alex.* venit tempus, appropinquavit dies, quæ cum tumultibus, & non cum doloribus. *Th.* venit tempus, prope est dies famis, & non gloriæ montium. *Vulg. venit tempus, prope est dies occisionis, & non gloriæ montium.*

10. הנה היום הנה באה יצאה הצפרה ציץ המטה פרח הזדון Αλλ. ἰδοὺ ἡμέρα κυρίου ἥκει, ἐξῆλθεν ἡ πλοκὴ, καὶ ἤνθησεν ἡ ῥάβδος, ἐξανέστησεν ἡ ὕβρις.

10. *Hebr.* ecce dies, ecce venit: egressa est cidaris, floruit virga, germinavit superbia. *Alius*, Ecce dies Domini venit, exiit nexus, & floruit virga, germinavit superbia. *Vul. Ecce dies, ecce venit: egressa est contritio, floruit virga, germinavit superbia.*

הצפרה Σ. . . . . .

Hebr. cidaris *S.* inspectio. *Vulg. contritio.*

11. ולא מהמהם ולא־נה בהם ※ Θ. καὶ οὐκ ἐξ αὐτῶν εἰσὶν, οὔτε ὡραϊσμὸς ἐν αὐτοῖς.

11. *Heb.* neque e tumultu eorum, & non lamentum in eis. ※ *Th.* & non ex eis sunt, neque pulchritudo in eis. *Vul. neque ex sonitu eorum: & non erit requies in eis.*

12. כי חרון אל־כל־המונה ※ Θ. ὅτι ὀργὴ εἰς πᾶν τὸ πλῆθος αὐτῆς.

12. *Heb.* quia ira ad omnem turbam ejus. ※ *Th.* quia ira in omnem multitudinem ejus. *Vul. quia ira super omnem populum ejus.*

13. לא ישוב ועוד בחיים חיתם כי־חזון אל־כל־המונה לא ישוב ※ καὶ οὐκέτι (al. καὶ ἔτι) ἐν ζωῇ τὸ ζῆν αὐτῶν, ὅτι ὅρασις εἰς πᾶν τὸ πλῆθος αὐτῆς οὐκ ἀνακάμψει.

13. *Heb.* non revertetur. Et etiam in viventibus vita eorum, quia visio ad omnem turbam ejus non revertetur. ※ & non ultra (*al.* & adhuc) in vita vivere eorum, quia visio ad omnem multitudinem ejus non revertetur.

Vul. non revertetur, & adhuc in viventibus vita eorum: visio enim ad omnem multitudinem ejus non regredietur.

14. ואין הלך למלחמה כי חרוני אל־כל־המונה ※ Θ. καὶ οὐκ ἔστιν ὁ πορευόμενος εἰς πόλεμον, ὅτι ἡ ὀργή μου εἰς πᾶν τὸ πλῆθος αὐτῆς.

14. *Hebr.* & non eſt procedens ad bellum, nam ira mea ad omnem turbam ejus. ※ *Th.* & non eſt procedens ad bellum, quia ira mea in omnem multitudinem ejus. *Vulg. & non eſt qui vadat ad prælium : ira enim mea ſuper univerſum populum ejus.*

16. כיוני הגאיות ※ Θ. ὡς περιστεραὶ μελετητικαί.

16. *Hebr.* veluti columbæ vallium. ※ *Th.* ut columbæ meditantes. *Vulg. quaſi columbæ convallium.*

כלם המות איש בעונו Ο. καὶ πάντας ἀποκτενῶ, ἕκαστον ἐν ταῖς ἀδικίαις αὐτοῦ. Θ. . . . .

Heb. univerſi ipſi gementes, unuſquiſque in iniquitate ſua. *LXX.* & omnes occîdam, unumquemque in iniquitatibus ſuis. *Th.* omnes muſſitantes, unaquæque in iniquitate ſua. *Vulg. omnes trepidi, unuſquiſque in iniquitate ſua.*

17. תלכנה מים ὁ Ἑβρ. διαλυθήσονται ὡς ὕδωρ. Ο. μολυνθήσονται ὑγρασίᾳ.

17. *Heb.* ibunt aquæ. *Hebræus Int.* diſſolventur ut aqua. *LXX.* polluentur humore. *Vulg. fluent aquis.*

19. כספם וזהבם לא־יוכל להצילם ביום עברת יהוה ※ Θ. τὸ ἀργύριον αὐτῶν, καὶ τὸ χρυσίον αὐτῶν οὐ δυνήσεται ἐξελέσθαι αὐτοὺς ἐν ἡμέρᾳ ὀργῆς κυρίου.

19. *Hebr. Vulg.* argentum eorum, & aurum eorum non valebit liberare eos in die furoris Domini. ※ *Th.* argentum eorum, & aurum eorum non valebit liberare eos in die iræ Domini.

20. שקוציהם עשו בו ※ Θ. προσοχθίσματα αὐτῶν ἐποίησαν ἐξ αὐτῶν.

20. *Hebr.* ſpurcitiarum ſuarum fecerunt ex eo. ※ *Th.* offendicula ſua fecerunt ex iis. *Vul. ſimulachrorum fecerunt ex eo.*

לנדה Σ. . . . . Ο. εἰς ἀκαθαρσίαν.

Hebr. in elongationem. *S.* in nauſeam. *LXX. Vulg.* in immunditiam.

22. פריצים Σ. . . . . . Ο. ἀφυλάκτως. Θ. . . . . .

22. *Hebr.* effractores. *S.* irrumpentes. *LXX.* incaute. *Th.* peſtilentes. *Vulg. emiſſarii.*

וחללוה A. λαϊκώσουσι. Ο. βεβηλώσουσι.

Hebr. & polluent illud. *A.* prophanabunt. *LXX.* contaminabunt. *Vul. contaminabunt illud.*

23. הרתוק A. . . . Σ. Θ. καθήλωσιν. Ο. φυρμόν.

23. *Hebr.* catenam. *A. Vul.* concluſionem. *S. Th.* confixionem. *LXX.* permixtionem.

משפט דמים Ἄλλος, κρίσεως αἱμάτων.

Hebr. Vulg. judicio ſanguinum. *Al.* judicii ſanguinum.

24. והבאתי רעי גוים וירשו את־בתיהם ※ Θ. καὶ ἄξω πονηροὺς ἐθνῶν, καὶ κληρονομήσουσι τοὺς οἴκους αὐτῶν.

24. *Hebr.* & adducam peſſimos gentium, & poſſidebunt domos eorum. ※ *Th.* & adducam peſſimos gentium, & hæreditate poſſidebunt domos eorum. *Vul. & adducam peſſimos de gentibus, & poſſidebunt domos eorum.*

והשבתי גאון A. καὶ καταπαύσω ὑπερηφανείαν. Σ. ἀνεντρέπω. Ο. καὶ ἀποστρέψω τὸ φρύαγμα.

Heb. A. & ceſſare faciam ſuperbiam *S.* everto. *LXX.* & avertam arrogantiam. *Vulg. & quieſcere faciam ſuperbiam.*

25. קפדה בא A. Θ. . . . . Σ. . . . Ο. καὶ ἐξιλασμὸς ἥξει.

25. *Heb.* præciſio venit. *A. Th.* adeſt anguſtia. *S.* mœror. *LXX.* & propitiatio veniet. *Vulg. anguſtia ſuperveniente.*

26. המלך יתאבל ※ A. Θ. βασιλεὺς πενθήσει.

26. *Heb.* ※ *A. Th. Vulg.* rex lugebit.

Notæ & variæ Lectiones ad Cap. VII. Ezechielis.

Hieronymus : *In hoc Capitulo juxta LXX. Interpretes ordo mutatus eſt atque confuſus : ita ut prima noviſſima ſint ; & noviſſima vel prima, vel media, ipſaque media nunc ad extrema, nunc ad principia transferantur. Ex quo nos & ipſum Hebraïcum, & cæteros ſequuti Interpretes, ordinem poſuimus veritatis.*

A tertio autem uſque ad ſeptimum verſum, lectiones mutuamur ex Mſ. Jeſ. ubi textus paululum differt a LXX.

v. 5. Σ. κάκωσις. Druſius ex Edit. Rom.

v. 7. Hieronymus : *Venit* contractio, *quæ in Hebraïco dicitur* SEPHPHIRA, *& quam Aquila interpretatus eſt* προσκόπησιν, *i.* contemplationem, *&* proſpectionem, *quam ſemper pavida tibi venire metuebas; & quam interpretatus eſt Theodotio* πλοκήν, *i. ordinem contextumque malorum omnium.*

Ibid. Hieron. *Verbum Hebraïcum* ADARIM, *quod nos in duo verba diviſum, primum* AD, *ſecundum* ARIM, *juxta Theodotionem*, gloriam montium *interpretati ſumus, Symmachus vertit*, in recraſtinationem, *dixitque*, Et tempus prope eſt : dies feſtinationis, & non recraſtinationis. *Porro LXX. ita tranſtulerunt :* Venit tempus, appropinquavit dies, non cum perturbatione, neque cum doloribus. *Theodotio :* Venit tempus, prope eſt dies famis, & non gloriæ montium.

v. 10. Ἀλλ. ἰδοὺ ἡμέρα &c. Druſius. Hieronymus vero in hunc locum hæc habet : *Locus difficilis, & inter*

Hebraïcum & LXX. multum discrepans, quibus pleraque de Theodotionis Editione addita sunt, ut aliquam habere consequentiam viderentur.

Ibid. Symmachus, *inspectio.* Ex Hieronymo.

v. 11. ※ Θ. καὶ οὐκ ἐξ αὐτῶν &c. Mſ. Jeſ.

v. 12. ※ ὅτι ὀργὴ εἰς πᾶν τὸ πλῆθος &c. Idem. Quod in LXX. non haberi testatur Hieronymus.

v. 13. ※ καὶ οὐκέτι ἐν ζωῇ &c. Mſ. Jeſ. Drusius melius, καὶ ἔτι. Quod etiam in LXX. non exstare ait Hieronymus.

v. 14. ※ Θ. καὶ οὐκ ἔστιν &c. Mſ. Jeſ. Et desiderabantur in LXX. teste Hieronymo.

v. 16. ※ Θ. ὡς περιστεραὶ μελετητικαί. Mſ. Jeſ. ὡς περιστερὰ μελετ- Ibi Hieronymus: *LXX.* columbas convallium, *sive ut Theodotio transtulit*, meditantes, *omnino tacuerunt.*

Ibid. Th. *Omnes mussitantes unaquæque in iniquitate sua.* Hieronymus, qui hæc fusius ibidem prosequitur.

v. 17. ὁ Ἑϐραῖος, παραλυθήσονται &c. Sic Mſ. Regius Bombycinus & Coislin. & scholion Rom. Editionis.

v. 19. ※ Θ. τὸ ἀργύριον αὐτῶν &c. Mſ. Jeſ. Hoc autem apud LXX. non exstare testatur Hieronymus.

v. 20. ※ Θ. προσοχθίσματα αὐτῶν &c. Mſ. Jeſ. Apud Theodoretum legitur, προσοχθισμάτων. In hunc vero locum Hieronymus: *Illudque quod sequitur*, offendicula eorum, *sciamus de Theodotione additum.*

Ibid. Symm. *in nauseam.* Hieronymus.

v. 22. Hieronymus: Et introibunt in illam emissarii, *sive, ut LXX. transtulerunt*, ἀφυλάκτως, *i.* temere, *vel ut Symm. & Theodotio*, irrumpentes & pestilentes.

Ibid. A. λαϊκώσουσι. Mſ. Jeſ.

v. 23. Hieronymus: *Verbum Hebraïcum* ARETHIC, *Aquila*, conclusionem; *Symm. & Theodotio*, καθήλωσιν, *i.* confixionem, *interpretati sunt. Pro quo LXX. posuêre* φυρμὸν, *quod nos in* perturbationem *vertimus.*

Ibid. ἀλλ. κρίσεως αἱμάτων. Drusius.

v. 24. ※ Θ. καὶ ἄξω &c. Mſ. Jeſ.

Ibid. A. καὶ καταπαύσω &c. Idem.

v. 25. Hieronymus: *Juxta superiorem ordinem recte Aq. & Theodotio interpretati sunt*, adesse angustiam; *Symmachus*, mœrorem. Et mox: *Nos autem juxta Symmachum priorem sententiam cum posteriore conjunximus, ut diceremus*, Angustia superveniente requirent pacem, & non erit.

v. 26. ※ A. Θ. ὁ βασιλεὺς πενθήσει. Mſ. Jeſ. Hieron. *Nescio quid volentes LXX. hoc quod de Hebraïco expressimus*, rex lugebit, *omnino tacuerunt.* Quod hîc adfertur ex Origene, τὸ, ὁ βασιλεὺς πενθήσει, συνήθως ἠστερίσθαι (sic: ἰσόρηται), recte jam ab aliis emendatum fuit, ἠστερίσθαι, *i. asterisco de more notatum est.*

EZECHIELIS CAP. VIII.

ויהי בשנה הששית בששי בחמשה לחדש 1. A. ἔτει ϛʹ. μηνὶ εʹ. ἡμέρᾳ εʹ.

ותפל עלי שם יד ארני יהוה Σ. [ἐνέπεσέ μοι ἡ χεὶρ κυρίου.] O. καὶ ἐγένετο ἐπ' ἐμὲ χεὶρ κυρίου.

דמות כמראה־אש 2. O. ὁμοίωμα ※ ὡς εἶδος: ἀνδρός.

כמראה־זהר כעין החשמלה Θ. ὡς ὅρασις αὔρας, ὡς εἶδος ἠλέκτρου. A. Σ. ὡς ὅρασις φέγγουσα. O. ὡς ὅρασις ἠλέκτρου.

בציצת ראשי 3. ※ A. Θ. τοῦ κρασπέδου τῆς κορυφῆς μου. Σ. μαλλοῦ. Ἄλλος, τῆς κεφαλῆς μου. O. τῆς κορυφῆς μου.

הפנימית Ἀλλ. τῆς ἐσωτέρας.

אשר־שם מושב סמל הקנאה המקנה O. οὗ ἦν ἡ στήλη ※ Θ. τῆς εἰκόνος τοῦ ζήλου μου: τοῦ κτωμένου. Ἀλλ. περιχόρου. Σ. ἐκτύπωμα παραζηλώσεως. Σχολ. Εἰκὼν ζήλου.

אשר בית־ישראל עשים 6. ※ A. Σ. Θ. ἃς ὁ οἶκος Ἰσραὴλ ποιοῦσιν.

ואראה והנה חר־אחר בקיר 7. ※ Θ. καὶ ἴδον, καὶ ἰδοὺ ὀπὴ μία ἐν τῷ τοίχῳ.

חתר־נא בקיר ואחתר בקיר 8. ※ A. ὄρυξον δὴ ἐν τῷ τοίχῳ: καὶ ὤρυξα ἐν τῷ τοίχῳ.

ראה את־־התועבות הרעות 9. O. καὶ ἴδε τὰς ἀνομίας ※ οἱ Γ. τὰς πονηράς.

1. Hebr. & fuit in anno sexto, in sexto, in quinta mensis. *A.* anno sexto, mense quinto, die quinta. *Vulg. & factum est in anno sexto, in sexto mense, in quinta mensis.*

Heb. & cecidit super me ibi manus Domini Dei. *S.* incidit mihi manus Domini. *LXX.* & facta est super me manus Domini. *Vulg. & cecidit ibi super me manus Domini Dei.*

2. *Heb. Vulg.* similitudo quasi aspectus ignis. *LXX.* similitudo ※ quasi species: viri.

Hebr. quasi aspectus splendoris, quasi species crepitantis flammæ. *Th.* quasi visio auræ, quasi species electri. *A. S.* quasi visio splendens. *LXX.* quasi visio electri.

3. *Hebr. Vul.* in cincinno capitis mei. ※ *A. Th.* fimbriæ verticis mei. *S.* comæ. *Alius*, capitis mei. *LXX.* vertice meo.

Heb. Alius, interioris. *Vul. interius. In LXX. vacat.*

Hebr. ubi habitatio imaginis zeli zelare facientis. *LXX.* ubi erat statua ※ *Th.* imaginis zeli mei: possidentis. *Alius*, ambitûs. *S.* simulacrum æmulationis. *Schol.* imago zeli. *Vul. ubi erat statutum idolum zeli ad procurandam æmulationem.*

6. *Heb.* quas domus Israel facientes. ※ *A. S. Th.* quas domus Israel faciunt. *Vulg. quas domus Israel facit.*

7. *Heb. Vul.* & vidi, & ecce foramen unum in pariete. ※ *Th.* & vidi, & ecce foramen unum in muro.

8. *Heb.* fode nunc in parietem, & fodi in parietem. ※ *A.* fode quæso in muro: & fodi in muro. *Vulg. Fode parietem. Et cum fodissem parietem.*

9. *Hebr. Vul.* vide abominationes pessimas. *LXX.* & vide iniquitates ※ *tres Int.* malas.

הנה כל־תבנית רמש ובהמה 10. ※ Θ. καὶ ἰδοὺ πᾶσα ὁμοίωσις ἑρπετοῦ καὶ κτήνους.

על־הקיר סביב סביב Ο. ἐπ' αὐτοῦ ※ Σ. Θ. τοῦ τοίχου κύκλῳ.

ועתר ענן־הקטרת 11. Ο. καὶ ἡ ἀτμὶς ※ Θ. τῆς νεφέλης : τοῦ θυμιάματος.

יהוה ראה אתנו עזב 12. Ο. ὁ κύριος. ※ Α. Σ. ἡμᾶς : ἐγκαταλέλοιπε.

עוד תשוב תראה 13. Ο. ἔτι ※ Α. Θ. ἐπιστρέψας : ὄψῃ.

את־התמוז 14. Αλλ. παροξυσμοὺς. Αλλος, βδελύγματα. Ο. καὶ ὁ Σύρος, Θαμμοὺζ.

אולם 16. Α. 1. προστάδα. ἄλλ. πρόθυρον. Α. 2. Ο. Αἰλάμ. Σ. πρόπυλον. Θ. οὐλάμ. ὁ Σύρος, κιγκλίδα.

בעשרים וחמשה Θ. εἴκοσι καὶ πέντε. Ο. εἴκοσι.

והמה משתחויתם קדמה לשמש Ο. καὶ οὗτοι προσκυνοῦσι ※ Θ. κατ' ἀνατολὰς : τῷ ἡλίῳ.

וישבו להכעיסני 17. ※ Θ. καὶ ἐπέστρεψαν τοῦ παροργίσαι με.

והנם שלחים את־הזמורה אל־אפם Σ. καὶ ὡς ἀφιέντες εἰσὶν ἐπῆχον ὡς ᾆσμα διὰ τῶν μυκτήρων αὐτῶν. Α. πρὸς μυκτῆρα αὐτῶν. Θ. εἰς τὸν μυκτῆρα αὐτῶν. Σ. ἦχον ὡς ἆσθμα διὰ τῶν μυκτήρων ἑαυτῶν.

וקראו באזני קול גדול ולא אשמע אותם 18. ※ Θ. καὶ καλέσουσιν ἐν τοῖς ὠσί μου φωνῇ μεγάλῃ, καὶ οὐ μὴ εἰσακούσω αὐτῶν.

10. *Hebr.* ecce omnis ſimilitudo reptilis & animalis. ※ *Th.* & ecce omnis ſimilitudo reptilis & jumenti. *Vul. ecce omnis ſimilitudo reptilium & animalium.*

Hebr. ſuper parietem circum circum. *LXX.* ſuper ipſum ※ *S. Th.* murum in circuitu. *Vul. in pariete in circuitu per totum.*

11. *Hebr.* & vapor nebulæ ſuffimenti. *LXX.* & vapor ※ *Th.* nubis : thymiamatis. *Vulg. & vapor nebulæ de thure.*

12. *Heb.* Dominus videns nos dereliquit. *LXX.* Dominus ※ *A. S.* nos : dereliquit. *Vul. Dominus nos dereliquit.*

13. *Hebr.* adhuc convertêris, videbis. *LXX.* adhuc ※ *A. Th.* converſus : videbis. *Vul. adhuc converſus videbis.*

14. *Hebr. LXX. & Syrus*, Thammuz. *Alius*, irritationes. *Alius*, abominationes. *Vulg. Adonidem.*

16. *Heb. S. Vulg.* veſtibulum. *A.* 1. porticum. *Al.* veſtibulum. *A.* 2. *LXX.* ælam. *Th.* ulam. *Syrus*, cancellum.

Heb. quaſi viginti & quinque. *Th.* viginti & quinque. *LXX.* viginti. *Vul. quaſi viginti quinque.*

Heb. incurvantes ſe ad ortum ſolis. *LXX.* & ipſi adorant ※ *Th.* ad orientem : ſolem. *Vulg. & adorabant ad ortum ſolis.*

17. *Hebr. Vul.* & converſi ſunt ad irritandum me. ※ *Th.* & converterunt ſe ad irritandum me.

Heb. & ecce ipſi mittentes ramum ad naſum ſuum. *S.* & quaſi emittentes ſonitum quaſi canticum per nares ſuas. *A.* ad naſum ſuum. *Th.* in naſum ſuum. *S. aliter*, ſonitum ut anhelitum per nares ſuas. *Vulg. & ecce applicant ramum ad nares ſuas.*

CAP. XXV. v. 3. סיגים Σ. γίγαρτα. Notat Drusius: γίγαρτον *acini vinacii nucleus proprie: sed hic pro scoria sumi videtur, quæ remanet post purgatum argentum. Hieron. exponit rubiginem, quod est proprie ferri vitium. Ezech. 22. Aquilæ prima Editio* στέμφυλον *&* γίγαρτον, *i. interprete Hieronymo, acinum vinacii: secunda & LXX. commistionem. Porro scoria sordes & purgamenta metallorum sunt, ait idem Hieronymus. Psalm. 118. 119.* סיגים *Hieron. quasi scoriam. Aquila* στέμφυλα, *Sym.* σκωρίαν, *aut, ut est in alio Codice,* σκαιωρίαν. Vide in Lexicis nostris.

v. 11. חלי. Incertus, πίνωσις. Drusius: *Pinosis, non intelligo: Hieronymus hic* margaritum fulgens, *alias*, margarita fulgens. *Sed margaritum non male: sic alibi in eodem*, si tanti vitrum, quanti margaritum. *LXX.* σάρδιον πολυτελές. *Chaldæus paraphrastes*, vasa smaragdina. *Cant. 7. 1. LXX.* ὁρμίσκος: *monile. Aliis est, collare, torques,* χειροπέδη. *Glossæ nominum propriorum*, chali, gemma aut monile.

CAP. XXVIII. 13. יצליח Σ. εὐοδωθήσεται. Ο. ἀγαπηθήσεται. Hoc loco ἀγαπηθήσεται, non respondet voci Hebraïcæ יצליח, sed paulopost sequenti ירחם. Licet in notis Editionis Romanæ illud ἀγαπηθήσεται referatur ad vocem Symmachi εὐοδωθήσεται, quæ haud dubie exprimit יצליח; unde id in Editionem nostram manavit. Locus Hebraïce sic habet

מכסה פשעיו לא יצליח ומודה ועזב ירחם

ubi LXX. ὁ ἐπικαλύπτων ἀσέβειαν ἑαυτῶ οὐκ εὐοδωθήσεται, ὁ δὲ ἐξηγούμενος ἔλεγχος ἀγαπηθήσεται: ubi perspicuum est εὐοδωθήσεται referri ad vocem יצליח, quare reponas velim יצליח Σ. Ο. εὐοδωθήσεται.

CAP. XXXI. v. 3. In Hebræo legitur אל תתן לנשים חילך ודרכיך למחות מלכין i. *ne des mulieribus facultatem tuam, & vias tuas ad delendos reges.* Ex notis autem Editionis Romanæ, חילך Σ. τὴν ἰσχύν σου. Ο. τὸν πλοῦτον. Postea vero דרכיך Α. Σ. Θ. τὰ σὰ χρήματα Ο. καὶ βίον. Suspicatur autem Drusius utramque interpretationem ad vocem חילך pertinere, ita ut ad secundam Symmachi nomen irrepserit; secundum ejus itaque conjecturam sic restituendum esset חילך Α. Θ. τὰ σὰ χρήματα. Σ. τὴν ἰσχύν σου. Ο. τὸν πλοῦτον: sane si verborum significatio spectetur, hæc optime quadrant: verum præterquam quod hæc accurate ut videtur in Editione Romana notantur; ita ut in prima voce חילך unius Symmachi versio adferatur; in secunda vero trium, nempe Α. Σ. Θ. ita ut nullum appareat lapsûs vestigium, דרכיך quod pluraliter jacet in Hebræo, pluraliter etiam effertur τὰ σὰ χρήματα; ægre autem crederem Aquilam scrupulosum interpretem vocem חילך singularem pluraliter expressisse τὰ σὰ χρήματα, ubi Symmachus eam singulariter exprimit: & alioquin illud τὰ σὰ χρήματα optime quadrat ad sensum. Quare nihil mutandum censeo.

IN ECCLESIASTEN.

NOTÆ.

CAP. II. v. 9. in Nota nostra : *Ubi Hieronymus, S. & adjeci sapientiam super omnes.* Ibi mendose ponitur S. post Hieronymus ; quo significaretur Symmachum ita vertisse ; sed legendum : Ubi *S. Hieronymus*, & adjeci &c.

v. 12. in Nota nostra : *Hieronymus S.* ante factorem suum. Legendum ut supra *S. Hieronymus*, ante factorem suum.

Ibidem in textu שיבוא אחרי המלך *S. qui ire possit post regem.* Hanc interpretationem adfert quidem Hieronymus, sed Symmacho non adscribit : quare non liquet esse Symmachi.

CAP. III. v. 20. in Nota nostra. *Hieronymus S.* omnia vadunt ad locum unum. Lege *S. Hieronymus*, omnia vadunt &c.

CAP. IX. v. 3. הוללות A. πλάνη Σ. αὐθάδεια. Ο. περιφέρεια. Omnes Græcæ versiones in recto ponuntur in Edit. Romana, unde hæc exscripta sunt : tametsi certum est, apud Symmachum non in recto fuisse, sed in obliquo casu, puta genitivo : nam interpretatio hujus loci Latina secundum Symmachum sic habet ex Hieronymo : *Sed & cor filiorum hominum repletur malitia & procacitate juxta cor eorum in vita sua*, quæ Latina ex his Græcis manasse videntur : ἀλλὰ καὶ ἡ καρδία τῶν υἱῶν τῶν ἀνθρώπων πληροῦται κακίας καὶ αὐθαδείας, κατὰ τὴν καρδίαν αὐτῶν ἐν ζωῇ αὐτῶν. Sed qui prior Aquilæ & Symmachi versionem cum interpretatione τῶν Ο. comparavit, omnia in nominativo posuit, ut ad vocem illam τῶν Ο. περιφέρεια quadrarent. Quod passim observatur in hoc Opere.

IN CANTICUM CANTICORUM.

NOTÆ.

CAP. I. v. 5. שחורה Ο. μέλαινα. Ἄλλος, εὐπρεπής. Sic Ed.Rom. & Drusius, qui illud εὐπρεπὴς pro Scholio habent, & ad μέλαινα referunt ; sed certum videtur illud, εὐπρεπὴς, quod est veteris cujusdam Interpretis, referri ad vocem sequentem נאוה quæ proprie significat εὐπρεπὴς decora, sicque ponendum esse נאוה Ο. καλή. Ἄλλος, εὐπρεπής.

v. 14. עין גדי Σ. τῆς ἐν Γαδδί. Probabile est vel Ἐνγαδδί una voce legendum esse, aut si duæ voces legantur, ἐν præpositionis loco non esse habendam, sed litteris Græcis referre עין Hebraïcum. Ne alterutrum affirmem vetat articulus τῆς : nam illud בכרמי עין גדי vertit haud dubie Symmachus ἐν ἀμπελῶσι τῆς ἐν Γαδδί, ubi illud τῆς ante ἐν positum subindicare videtur potuisse Symmachum, non ita scrupulosum Interpretem ἐν hic præpositionis loco ponere.

IN HESAIAM.

NOTÆ.

CAP. II. v. 16. תרשיש οἱ λοιπ. Θαρσίς. Hîc Drusius: *Tharsis : Hieron.* naves Tharsis. i. πλοῖα Θαρσίς. *Est autem proprie regio quæ nobis Cilicia dicitur : unde & metropolis ejus portu mercatuque nobilis nomen habuit. Græci enim* Ταρσὸν *dixere. Hæc Paulo fuit patria. Sunt qui Africæ urbem fuisse censent, quæ nunc Tunes, olim Carthago nominabatur. Hanc opinionem secuti LXX.* תרשיש *Ezech. 27. reddunt* Καρχηδόνιοι. *Eustathius in Dionysium Alexandrinum de situ orbis,* ἱστόρηται δὲ καὶ ὅτι Θαρσεὶς ἡ θεία γραφὴ οὐ τὸν ταρσὸν κατά τινας, ἀλλὰ τὴν Καρχηδόνα καλεῖ, παρῳκηκισμένην τῆς Ἀφρικῆς. *Sed videsis quæ scripsimus Observat. libr. 6. cap.* 3. Hactenus Drusius : Qui non sat consulto dicit Tunem hodiernam, esse Carthaginem : quæ autem præterea adfert de *Tharsis*; variorum opiniones sunt, quarum singulæ non vacant difficultate. Sed hæc pluribus indagare, non est præsentis instituti.

CAP. III. v. 18. השהרנים Σ. μανιακάς. (Ex Theodoreto) Ο. μηνίσκους. In hunc locum Drusius: *Et collaria, vel torques,* μανιάκης *enim torques a collo dependens, unde collare vocatur. Est ubi reperitur* μανιάκας *cum accentu in penultima. Origo nominis ut apparet ex Chaldæo* מניכא *quo torquem significant, vel, ut alii volunt, armillam, quod est ornamentum manuum. Sunt qui ornamentum brachiorum esse tradant. In centone Eusebiano,* (erat Codex msſ. de quo sæpe loquitur,) *Etiam torques :* idem pro armillis, quod paulopost dixit pensilia. *Ceterum οἱ Ο. hic ediderunt* μηνίσκους, *ut Latinus Interpres, qui a vulgo nomen habet* lunulas. *Sic Judic.* 8. 21. שרהנים *idem* μηνίσκους, *lunulas. Qua voce usus est Plautus in Epidico*, lunulam atque anellum aureolum in digitum : *exponunt, lapillum sive gemmam rotundam instar lunæ. Alius,* μηνίσκοι *sunt monilia ad lunæ similitudinem in rotundum formata. Contextus postea* ענקות *i. torques appellat, videlicet v.* 26.

v. 19. הנטפות Σ. χαλαστά. Drusius : *Si quid video in his rebus,* μανιακὰς *potius respondet τῷ* נטיפות (sic) *i. torques aut monilia, sic dicta quod in pectus a collo stillarent. Apellatio a stillando, ut stalagmia &* σταλαγμοὺς *dicimus gemmas oblongas aurium lobis appendentes, a gutta, quæ* σταλαγμὸς *dicitur, similitudine. Sane* χαλαστὰ *cum catenas denotet, potius interpretamentum est vocis proxime sequentis* והשרות *: unde &* σειρὰ ἢ ἅλυσις *i. catena, quæ &* σειράς. *Obvia hæc dictio 2. Paralip. 3.* ἔγλυψεν ἐπ' αὐτοὺς φοίνικας καὶ χαλαστά. *Ubi Complutensis Editio* ἁλύσεις *habet, ut & paulo post* ἁλύσεων, *pro eo quod in aliis est* χαλαστῶν, *id est, catenarum.* Hactenus Drusius : sed hæ sunt conjecturæ meræ, quas Lectoris judicio mittimus.

CAP. XIII. v. 19. אחים A. τυφώνων. Drusius : *Typhonibus,* τυφῶν (sic accentus) *nomen dæmonis, quem Hieronymus inter Ægyptios deos numerat, inquiens,* significat quod Ægyptii Heroas & deos autores suæ gentis simulent, Oron & Isin & Osirin & Typhonem.

De

De Ægyptio autem Typhone videndi sunt Herodotus & Diodorus Siculus. Est & nomen gigantis.

CAP. XX. v. 2. נעלך A. Σ. τὰ ὑποδήματά σου. O. τὰ σανδάλιά σου. Hic notat Drusius: *Prius erat*, τὰ σανδάλιά σου. *i. sandalia sive calceamenta tua. Gen. 14. 22.* נעל ὑπόδημα, *Hieron. caliga. Jonathan & autor Jerosolymitana* סנדלא. *Oncelos* מסנא *i. calceus*, ὑποδήματα *proprie soleæ, quibus plantæ pedis dumtaxat obteguntur. Vide Gel. lib. 13. cap. 20. Vincula pedum vocantur a pueris.*

CAP. XXI. v. 11. אלי קרא משעיר A. Σ. Θ. πρὸς ἐμὲ καλεῖ τοὺς φεύγοντας παρὰ τοῦ Σηείρ. O. πρὸς ἐμὲ καλεῖ παρὰ τοῦ Σηείρ. Illud τοὺς φεύγοντας non videtur ad textum Aquilæ & Symmachi pertinere; sed adjectum putamus a Procopio. In hunc vero locum Hieronymus: *Verbum Hebraïcum* ELAI, (Cod. San-Germanensis HELN; pro HELH sive HELE forsan) *quod omnes interpretati sunt*, ad me, *si volueris legere* ELI, *interpretatur*, Deus meus, *vel* fortis meus. *Quodque nos diximus* clamat, *vel* vocat, id est, καλεῖ; *secundum Hebræi & Græci sermonis ambiguitatem dici potest* clama, vel voca.

IN JEREMIAM.

NOTÆ.

CAP. XVII. v. 27. ארמנות A. Σ. βάρεις. Hieronymus: *Domos sive vicos Jerusalem, LXX. Aquila & Sym.* βάρεις, *turritas domos interpretati sunt: appellanturque Hebraïce* ARMENOTH. In hunc autem locum Drusius: *Alibi dicit esse verbum* ἐπιχώριον *Palæstinæ, quo domus ab omni parte conclusæ, & in modum ædificatæ turrium & mœnium publicorum, significantur. Psalmo 122. 7.* ἐν πυργοβάρεσί σου. *Euthymius*: Hac dictione mœnia turribus circumsepta ac munita intelligimus. *Scholion*, βάρεις, ἐπιχωρίως λέγονται παρὰ Σύροις αἱ μεγάλαι οἰκίαι. *Psalm. 44.* ἀπὸ βάρεων ἐλεφαντίνων *ex hoc loco intelligentiam habet. Nam male interpretantur*, a gravibus eburneis, *tamquam a* βαρὺς, *cum sit a* βάρις.

CAP. XXXIX. v. 4. הערבה Θ. τῆς ἀραβά. Drusius: *Araba, i. deserti. Vox Hebraïca, Jonathan fere reddit,* planitiem. *Sane* ים הערבה *idem interpretatur, mare planitiei. Symm.* τῆς ἀοικήτου *i. solitudinis. Aquila vocem Araba retinuit. Vide Masium in Josuam, p. 66. & 219. Eusebius de locis*, Araba, Aquila planam, Symm. campestrem interpretantur. *Amos, 6. 14.* נחל הערבה, *Hieron.* torrens deserti. *Sym.* vallis campestris. *Aquila*: torrens qui est in planitie. *Th.* torrens Arabiæ; *forte* legendum Arabæ. *Jesai. 40. 3.* בערבה *Hieron.* in solitudine: *Jonathan* במישרא in planitie. *Jos. 11. 2.* ערבה *A.* τῷ ὁμαλῷ. *Sym.* πεδινῷ: *Hoc campestrem, illud planam significat. Jos. 3. 16. A.* ὁμαλῷ. *Sym.* ἀοικήτῳ. *Th.* ἀραβά. *Hieron.* in solitudine. *LXX.* ἔρημον. *Rursum Masius in Josuam pag. 144* Non solum significat idem quod מדבר desertum, sed etiam locum æquabilem, planum, campestrem: Unde a Symmacho nunc πεδινὴ, nunc ἀοίκητος redditur, ab Aquila vero plerumque ὁμαλή. *Mercerus in Amos*, Nomine Araba significatur locus planus, non desertus omnino, nec plane fertilis: sed mediæ cujusdam naturæ, ubi tantum pabulum jumentis aptum crescat, quod μίγμα appellatur. Nam ערב Arab, misceo. Hactenus Drusius. Vide in Lexico infra ad vocem ערבה.

CAP. XLI. v. 17. בגרות כמהם. Drusius: *Legendum in Græca Editione* ἐν γηρὼθ χαμαὰμ, *pro eo quod vulgo legitur* ἐν γαβηρωχαμαά. *Nam est vox mere Hebraïca. Sunt Editiones quæ habent*, ἐν γῇ βηρὼθ χαὰμ, *quod magis corruptum, cum ex unica voce factæ sint duæ, & quod absurdissimum, syllaba Hebraïca in Græcam degeneravit. Sed imperitia quid non audet?*

IN EZECHIELEM.

NOTA.

CAP. 8. v. 3. סמל הקנאה εἰκὼν τοῦ ζήλου τοῦ κτωμένου. Hic Drusius: *Æmulationis vel zelotypiæ. Ceterum Senes videntur legisse* הקנה. *Nam vertunt*, possidentis. *Hieron.* porro quia zelus & possessio, quod Hebraïce dicitur קנאה eodem appellantur nomine, pro statua zeli LXX. statuam possidentis interpretati sunt. *Hac tum judicio legenda: nam quod ait zelum & possessionem eodem nomine appellari, aperte falsum est. Possessio enim* קנין *dicitur, non* קנאה. *Hoc a* קנא *deducitur, illud a* קנה. Hactenus Drusius. Verum Hieronymus hic non Hebraïcis litteris posuit קנאה: sed CENA, ut restituit Martianæus, quam vocem secundum similitudinem soni non literarum, ait zelum & possessionem eodem appellari nomine. Nam alibi quoque Hieronymus parem similitudinem observat, & a sono tantum ac pronuntiatione accipiendam esse monet.

IN OSEE.

NOTÆ.

CAP. 3. v. 4. תרפים S. Th. Theraphim. In hanc vocem Drusius: ἄνευ θεραφείμ, *vel si placet* θεραφείν, *ut Gen. 31. 34.* התרפים *A.* μορφώματα. *S.* θεραφείν. *Hieron in libro quæstion Hebraïc.* THERAPHIM *Aq.* μορφώματα, id est, figuras & imagines interpretatur. *Idem in Comment. ad hunc locum*, THERAPHIM proprie appellantur μορφώματα, id est figuræ & simulacra. *Si eumdem recte capio, Aquila hoc loco* φωτισμοὺς *transtulit, id est, illuminationes* (imo transtulit μορφώματα ut habet Coislin. nam φωτισμοὺς est אורים,) *forte quod illuminando docerent ac patefacerent futura. Qua ratione vocantur a paraphraste Chaldæo Jonatha* מחוי, *id est*, indicantes, *& a Græcis* δῆλοι *i.* manifestationes: *alibi Chaldæus interpretatur* צלמניא *id est*, simulacra, *& Græci* εἴδωλα: *id est*, idola. *De his Trismegistus in Asclepio*, Videsne, *inquit*, statuas animatas, sensu & spiritu plenas & talia facientes? statuas futurorum præscias &c. *Marsilius Ficinus in libello de vita cælitus producenda cap. 13.* Trismegistus ait Egyptios ex certis mundi materiis facere consuevisse imagines, & in eas oportune animas dæmonum inserere solitos, atque animam avi sui Mercurii, itemque Phœbi cujusdam & Isidis Osiridisque sic in statuas descendisse, profuturas hominibus, vel etiam nocituras, *& quæ sequuntur. Vide & cap. 16. & 18. Idem cap. 20.* Arabes & Ægyptii tantum statuis & imaginibus attribuunt arte astronomica & magica fabricatis, ut spiritus stellarum in eis includi putent. Spiritus autem stellarum intelligunt alii quidem mirabiles cœlestium vires, alii vero dæmonas etiam stellæ hujus illiusve pedissequas. Spiritus igitur stellarum qualescumque sint, inseri statuis & imaginibus arbitrantur, non aliter ac dæmones soleant humana nonnumquam corpora occupare, perque illa loqui, moveri, movere, mirabilia perpetrare. Similia quædam per imagines facere stellarum spiritus arbitramur &c.

IN DUO LEXICA SEQUENTIA
PRÆVIA DISQUISITIO,

Quomodo veteres Interpretes Hebraïce legerint.

E Re litteraria fore putavimus, si duo Lexica Hexaplorum collectioni subjungeremus: quorum primum Hebraïcum, singulas Hebraïcas voces exhiberet cum interpretationibus veterum, quæ in Hexaplis erant; unde non parum emolumenti Linguæ Sanctæ studiosis obventurum speramus. Veterum autem Interpretationibus subjicimus eas, quæ habentur in Lexicis hodiernis; ut quisque videre possit in quo veteres cum recentioribus conveniant, in quo ab eis in ratione interpretandi differant.

Hoc autem Lexico aliquatenus sarcitur damnum ex amissione Hexaplorum rei litterariæ Hebraïcæ importatum. Ex Interpretationibus quippe veterum, Aquilæ, Symmachi, Theodotionis aliorumque, quæ ad singulas voces Hebraïcas adferuntur, cognosci plerumque poterit quo pacto iidem aliis in locis, quæ interciderunt, interpretati sint. Plerumque dixi: non paucæ enim supersunt voces Hebraïcæ, quæ aut semel tantum aut rarissime occurrunt, quarum Hexaplares interpretationes prorsus exciderunt. Ne quid porro desiderari videretur, Septuaginta quoque Interpretum versionem cum aliis passim adferimus, quando scilicet illa ad vocum explanationem aliquid momenti conferre videtur.

Secundum Lexicon, Græcum sive a Græcis vocibus incipiens, verba Græca præcipua ordine alphabetico exhibet; ea videlicet quibus Aquila, Symmachus, Theodotio, aliique in Editionibus suis sunt usi. Adscripta sunt singulis vocibus verba Hebraïca quæ iis respondent: sæpe vero contingit ut plurima verba Hebraïca una eademque voce Græca a variis Interpretibus, imo nonnunquam ab eodem variis in locis, exprimantur. A vocibus porro quæ in LXX. Interpretibus habentur abstinendum duximus; tum quia eas jam accurate collegit Conradus Kirkerus in Concordantia sua; tum quia id nimiæ operæ fuisset, & majoris molis libros peperisset, quam ea ipsa, ut jam edimus, Hexapla. Hic observabunt studiosi, magnam Græcarum vocum sylvam, quarum pleræque vel prorsus ignotæ, vel parum frequentatæ, nunc cum germana sua interpretatione prodeunt.

Alteram hinc utilitatem excerpere poterunt qui legendis SS. Patrum Operibus vacant; nimirum quia sæpe accidit Patres Scriptoresque Ecclesiasticos, dum Scripturæ loca referunt, Lectiones exhibere quæ in Vulgatis τῶν O. Exemplaribus non feruntur, quæque ex aliis Interpretibus, puta Aquila, Symmacho vel Theodotione, in quædam Exemplaria inductæ fuerant; tunc ope Lexici nostri, non modo ad quemnam ex Interpretibus lectio pertineat; sed etiam ex qua Scripturæ parte excerpta fuerit, edisci poterit. Siquidem Concordantiæ Græcæ, ea solum verba, quæ in Vulgatis Editionibus habentur adferunt; ita ut sicubi aliunde lectio petita fuerit, ibi lector hæreat, nec possit veram locorum sedem reperire.

Operæ pretium erit binis Lexicis ea præmittere quæ de vario Hebraïca legendi more observata nobis sunt. Certum quippe est magnum intercessisse veteres inter & recentiores in lectione discrimen. Imo etiam inter veteres eadem lectionis varietas observabatur: ait enim Hieronymus: *Nec refert utrum Salem an Salim nominetur, cum vocalibus in medio litteris perraro utantur Hebræi, & pro voluntate Lectorum ac varietate regionum eadem verba diversis sonis atque accentibus proferantur.* Nihil mirum igitur est si Massoretica lectio, cum vetustiore illa non prorsus conveniat: siquidem Massoretæ eam annotaverunt quæ ætate sua, & eo loco ubi versabantur usui

erat: quæque ab antiquiore illa & ab ea, quæ variis in regionibus usurpabatur, multum differebat. Quin etiam hodie lectione per Massoretas ad certas vocales determinata, inter Rabbinos plerumque non satis convenit quo pacto sit legendum. Inde est quod Veteres illi non secum semper consentiant in lectionibus, sed alius alio modo idem verbum proferat, quod exemplis sequentibus confirmatur. Initium porro ducimus ab Alphabeto Græco, quod cum litterarum nominibus, Græcis literis descriptum habetur apud Eusebium de Præp. Evang. lib. 10. & in Codice RR. PP. Jesuitarum Collegii Ludovici Magni in Threnis Jeremiæ; necnon in Alphabeto Codicis Murbacensis mille circiter annorum, a nobis edito Palæographiæ Græcæ p. 221.

DE VETERI LITTERARUM HEBRAICARUM PRONUNTIATIONE.

אלף *Aleph*. Eusebius legit ἀλφ. Cod. Jes. ἀλφά, Alphabetum Murbacense ALEPH. Ait vero Hieronymus Quæstionibus in Genesim, hanc litteram sæpe per e legi, sæpius vero per a. Aliquando per o lecta deprehenditur ut 3. Reg. 1. 5. ארניה. LXX. Ὀρνίας.

בית *Beth*. Eusebius & Codex Jes. βήθ, Alph. Murbac. BETH. Omnino respondet ϐ Græco, atque hodie, ut ϐ Græcum, sæpe legitur per V consonantem, quando scilicet non est daghessatum.

גימל *Ghimel*. Eusebius γιμελ legit, Codex Jesuit. γιμλ. Alphabetum Murbacense GEMEL. Exprimitur semper per γ Græcum.

דלת *Daleth*. Eusebius & Codex Jes. δέλθ legunt suppressa postrema vocali. Alphabetum Murbacense DELETH. Legitur per δ ubique.

הא *He*. Eusebius & Cod Jes. una litterâ η exprimunt. Postremus vero cum spiritu denso ἥ. Alphab. Murbac. HE. Hæc porro littera sæpius per e exprimebatur, sæpe etiam per a teste Hieron. Quæst. in Gen. Canticorum autem 7. v. 6. ברהטים legit quidam vetus Interpres βεραθείμ,

וו *Vau*. Eusebius & Cod. Jes. οὐαῦ, Alph. Murbac. VAU. Hæc littera numquam consonantis vice fungitur in fragmentis per Græcos descriptis, nec fungi posse videtur, quandoquidem initio vocum exprimitur per ου, οὐαεεὶ, ויחי *&* *vixit*; οὐεσσακὴ וישקהו & osculatus est. In medio autem & fine vocum modo per ου, modo, & quidem frequentius per ω redditur: qua de re infra.

זין *Zain*. Eusebius & Cod. Jes. Ζαι legunt omissa postrema nominis littera. Itemque Zaï legitur in Alphabeto Murbacensi quod edidimus Palæographiæ Græcæ p. 221. Ex Manuscriptis vero nostris unus IX. sæculi num. 3. habet Zaï. Alter XI. circiter sæculi. num. 12. item Zaï. Tertius XII. circiter sæculi num. 5. Zay. Sed alius IX. circiter sæculi num. 2. & alius XII. sæculi num. 17. Zain, habet. Codex item Coislin. Græcus num. 191. habet ζαϊ. In alios quotidie incido Codices, qui Zai habent. Quare vix dubitaverim quin olim ab omnibus Zai, non Zain lectum fuerit. ז omnes per ζ reddunt.

חית *Hheth*. Eusebius & Cod. Jes. ἧθ legunt, cum aspirata scilicet, etsi in postremo non legatur spiritus. Alph. Murbac. HETH. Hanc litteram LXX legebant per χ. *Chi*, ut notat Hieronymus Quæst. in Gen ut חם χάμ Cham. Et in Jeremiam cap 19. v. 2. de voce חרסית hæc habet. *Et pro porta fictili, Aquila, Symmachus & Theodotio ipsum verbum posuerunt Hebraïcum* HARSITH: *pro quo LXX. juxta morem suum pro aspiratione* HETH *litteræ, addiderunt* CHI *Græcum, ut dicerent* charsith *pro* arsith: *sicut illud est, pro* Hebron, Chebron, *& pro* Jeriho, Jericho, & similia. Alii, maxime vero Aquila, pro aspirata habent; ac ut verisimile est, initio dictionum per spiritum densum indicabant, licet jam spirituum hujusmodi commutationes multæ, maxime in nominibus propriis, deprehendantur: quia enim olim Origenis tempore, & aliquot post Origenem sæculis, Exemplaria omnia sine spiritibus

& accentibus describebantur, quando hæc annotari cœperunt, Calligraphi eos spiritus in nominibus propriis posuerunt, qui primum in mentem veniebant. Hac autem in re Codices sequuti sumus, male positos lenes spiritus emendare non ausi. In medio dictionum litteram ח nonnisi per vocalem exprimebant, unicum tamen reperitur exemplum ubi Symmachus vocem אחים ὠχίμ legit nempe Isai. 13. 21. Initio vocum, ut dixi, vocalem qua litteram ח exprimebant aspirare solebant: ea porro vocalis erat aliquando ε. Sic Gen. 2. 14. ἐδδεκελ חדקל *Tigris* Josue 15. 30. חרמה, ἑρμά. *Herma* & similia: sæpius autem α ut 4. Reg. 1. 2. Aquila Ἀαζία, אחזיה, qui dicitur, Ochozias ab Hieronymo & LXX. & Psalm. 9. 7. ἀρβώθ חרבות & Psalm. 103. 17. ἀσιδά חסידה & Jerem. 19. 2. A. S. Th. ἀρσίθ חרסות ut supra. In medio, sive post primam litteram vocis frequentius ε vel η Gen. 5. 5. οὐαεεὶ ויחי *& vixit.* 3 Reg. 1. 9. A. S. ζωελὲθ זחלת. Psal. 7. 15. ἰεβάλ יחבל Isaï. 15. 5. A. λωεὶθ לוחית nomen proprium. Aliquando etiam α ut 4. Reg. 1. In fine autem vocum ε aut η fere exprimitur, nisi sequatur ה paragogicum. Sic Gen. 3. 8. λαρουή לרוח *ad spiritum*, vel, *ad auram.* Psalm. 8. 1. λαμαναστή למנצח. *Victori.* Ps. 48. 1. Κορὲ קרח Deut. 16. 1. A. Φεσέ, פסח, Phase vel Pascha. Malachiæ. 11. 13. μασβηή, מזבח altare, & ibid. לקחת λακέθ. Aliquando etiam præponitur α ante ε ut 4. Reg. 11. 6. A. μεσαέ מסח.

טט *Teth.* Eusebius & Cod. Jes. τὴθ cum aspirata Θ in fine. Alphabetum Murbacense TETH, licet non aspiretur initio vocis, sed τ legatur apud Veteres, ut in his exemplis cernimus. Unde fortassis suspicio oriatur, postremam litteram, quæ in allatis omnibus exemplis aspiratur, olim fuisse ת aspiratum, lectumque fuisse טית pro טיט hodierno. Nam ט non aspirabant. Sic Psalm. 109. 4. τὰλ טל, *ros.* Psalm. 8. 6. μὰτ מעט *parum.* Deuteron. 2. 3. A. σαθίμ שטים & Isaïæ 26. 4. βατού βατού בטוח בנחו.

יוד *Iod.* Eusebius legit Ιὼθ & Ms. Jes. Ιώθ. In Alphabeto item Murbacensi legitur IOTH. Codex item Coislin. Græcus numero 191. habet Ιώθ. Qui multorum in postrema littera consensus subindicat olim lectum fuisse יות quod confirmare videtur Ιῶτα Græcum, haud dubie ex Hebraïco derivatum. Quotidie incido in Codices qui Ιὼθ habent, unde asseritur id quod supra diximus. Ut ut vero sit י mobile redditur per ι ab omnibus. De quiescenti infra.

כף *Chaph,* vel *Kaph,* ut Grammatici hodierni, & Alphabetum Murbacense. Eusebius & Mss. Jes. χάφ. Ab Interpretibus aspiratur semper, ut innumeris exemplis ex hac collectione desumptis probari potest; quod si bis terve contrarium occurrat, id potest Librariorum oscitantiæ adscribi.

למד *Lamed.* Eusebius & Mss. Jes. λαβδ *Labd.* Crederem Librarii errato λαβδ pro λαμδ scriptum fuisse, quia a IX. vel X. sæculo β & μ in Codicibus affinem sæpe formam habent; ut difficile quandoque sit aliam ab alia littera distinguere, maxime quando sensus non juvat, ut hic contingit; sed cum Codex Jes. VIII. circiter sæculo exaratus, unciali charactere scriptus sit, alia quærenda hujus nodi solutio: fortassis ad euphoniam & faciliorem pronuntiationem pro λαμδ, λαβδ scriptum fuit. Alphabetum Murbacense LAMED.

מם *Mem.* Eusebius & Cod. Jes. Μὴμ legunt. Alphabet. Murbac. MEM. Omnes vero מ per M exprimunt, præterquam in fine vocum, ubi N pro M frequentissime ponunt Græci, quia nempe a terminatione in μ abhorret Græca Lingua.

נון *Nun.* Eusebius & Cod. Jesuit. νοῦν. Per N omnes. Alphabetum Murbacense NUN.

סמך *Samech.* Eusebius & Codex Jes. σάμχ. Alphabetum Murbacense SAMETH. Omnes vero legunt per Σ.

עין *Ain.* Euseb. & Cod. Jes. αἶν. Alphab. Murb. AIN. LXX. Interpretes non raro per Γ exprimunt. A. γαυὲ עוה. Alibi & literam & motionem frequentius per ε, nonnunquam per α reddunt. Sic Gen. 2. 8. עדן ἐδέν Gen. 28. 19. ἐίρ עיר Josue 7. 24. ἐμέκ, עמק. 1. Reg. 17. 18. A. ἐαρβά ערבה. 3. Reg. 4. 12. מעבר. LXX. μαεβέρ. 4. Reg. 1. 2.

עקרון, ἐκρῶν Pſalm. 46. v. ult. עם ἐμ, *cum*; ſed quando עם ſignificat populus legitur ἀμ. Pſalm. 90. 9. Ελιὼν עליון. Iſai. 64. 5. Theodotio, ἐδδὶμ עדים. Et ſic alibi. Per α autem Gen. 3 5. ἀρὼμ, ערום *nudus*. Joſue 7. 24. ἀχὼρ עכור. Pſalm. 8. v. 1. ἀλ על. Pſalm. 74. 4. ἀμουδὰ, עמוריה. Pſalm. 75. αὐνὴ עגוי. Pſalm 48. 6. ען ἀων, ibid v. 12. ἀλὴ עלי Iſai. 15. 1. Theodotio ἀρ ער. In Appendice Deut. 2. 23. A ἀζὰ עזה. In medio autem vocum, ſive poſt primam litteram, modo per ε, modo per α; & quidem frequentius, exprimitur; per ε Malach. 1. 13. תעשו, θεσοῦ, C ſee 11. 1. νὲρ נער; per α. Pſalm 8. v. 6. μὰτ מעט. Pſalm. 11. 7. βααλιὰλ, בעליל 4. Reg. 1. 2 βὰλ, בעל Iſai. 26. 2. σααρεὶμ שערים. In fine autem vocum per ε fere ſemper legunt, niſi ſequatur ה paragogicum ſive Heemanticum : nam tunc per α legitur. 1. Paralip. 7. 26. ἰησυὲ יהושע 4. Reg 11. 4. יהוידע S. LXX. Ιωδαέ. 4. Reg. 13. 34. A. αὐὲ הנע; aliquando tamen per α Deut. 1. 38. O. Ιησυά. יהושע, & Joſue 15. 26. σαμαά. שמע.

Certum autem eſt gutturalem aliquam pronuntiationem habuiſſe ע apud Hebræos. Spiritu leni afficitur ut plurimum quando initio vocis jacet in fragmentis veterum Interpretum quæ ſuperſunt: quibus tamen non plena fides habenda, ut diximus ad litteram ח. Hieronymus ſine aſpirata ſæpius: aliquando tamen cum aſpirata legit. LXX. quandoque cum γ ut Γαί. Aliquando cum χ ut Amos 1. 5. עדן Eden, ubi LXX. legunt ערן, & vertunt Χαῤῥάν. Ubi Hieronymus: *In eo quippe loco, ubi nos diximus. &c.* Vide in nota ibid.

פה *Pe.* Euſebius & Mſ. Jeſ. φῆ. Alphabetum Murbacenſe FE. Veteres omnes Interpretes פ per φ ſemper efferunt. Aitque Hieronymus Comment. in Iſaiam tom. 3. *P litteram ſermo Hebraïcus non habet; ſed pro ea PHI Græco utitur.* Et Comment. in Danielem cap. 11. v. 35. dicit in ſola voce אפדנו legi APEDNO; in aliis per φ ſemper.

צדי *Tſade.* Euſeb & Mſ. Jeſ. σαδὴ. Alphabetum Murbacenſe SADE. Omnes Interpretes per σ legunt.

קוף *Quoph.* Euſebius & Mſ. Jeſ. Κῶφ. Murbacenſe Alphabetum KOPH. Veteres per κ exprimunt. Si ſecus aliquando reddi obſervetur, videlicet per χ, puto id Librariorum oſcitantia accidiſſe.

ריש *Reſch.* Euſebius & Mſ. Jeſ. Ρῆς, Alphab. Murbac. RES.

שין *Schin.* Euſebius & Mſ. Jeſ. σὶν, Alphab. Murbac. item SEN. Veteres ſemper σ legunt ſive dextro ſive ſiniſtro puncto ſit notandum.

תו *Tau.* Alphab. Murbac. habet etiam TAU; ſed Euſebius & Mſ Jeſ. Θαῦ Thau. Veteres ſemper Θ reddunt, non T.

DE VOCALIBUS HEBRÆORUM.

Quod ad vocales autem Hebræorum attinet, inter doctos diſputatum eſt num litteræ אהויע vocalium olim officio fungerentur, ut crediſſe videtur Hieronymus: an conſonantis vicem haberent, ut docent plerique hodierni viri. Sane ſi hæ litteræ vocalium uſum habuerint, neceſſe prorſus fuerit alias penes Hebræos fuiſſe vocales, quæ licet non notarentur in Libris, ex conſuetudine tamen uſurparentur. Cum enim nulla vox, nullum verbum poſſit ſine vocali pronuntiari, & innumeræ apud Hebræos voces nullam ex litteris אהויע præferant; certum eſt eos præter has litteras alias habuiſſe vocales, quæ quidem non ſcribebantur, ſed ex conſuetudine adhibebantur, etſi magna eſſet in legendo varietas. Litteræ autem אהויע præſertim quæ aſpirantur אהע non determinatam vocalem, ſed modo hanc, modo aliam in uſu legendi & loquendi obtinebant; ita ut & aſpiratio & vocalis unà ſonarent: quod nemo negaverit. Utrum autem illa aſpiratio conſonans dici debeat, videtur eſſe mera nominis quæſtio. De י & ו non eſt, ut quidem puto, par ratio: nam veriſimile eſt eas, ut plurimum ſaltem, vocalium officio functas eſſe; ſed iis qui ſecus exiſtimabunt rem, perquàm exigui momenti pluribus indagandam mitto. Jam ad vocales illas veterum cum hodiernis Hebraïzantium

motionibus comparandas veniamus. Vocalem A. exprimunt post Massoretas hodierni Grammatici per camets ָ, per patahh ַ & per scheva patahh ֲ: E vero per tsere ֵ per segol ֶ & per scheva segol ֱ: E autem tenuissimum per scheva: I per hhiriq magnum sic י. vel parvum, seu punctum sub littera, quam adficit positum sic בִ, *bi*. O. per וֹ hholem plenum, vel per hholem deficiens, seu punctum in superno latere sequentis litteræ scriptum sic דֹם *dom*; item per camets hhatouph sic ָ vel per hhateph camets, ֳ: V. autem grave per schourec וּ V. tenue per kibbus ֻ. De gravitate sive tenuitate singularum vocalium non loquar, quia nihil hujusmodi observatur in lectione veterum.

Magna porro legendi varietas inter veteres illos Interpretes & Massoretas deprehenditur, ita ut ubi illi legunt *a*, hi legant *e*, & vicissim, ut 1. Reg 17. 18. ערבת Aquila ἐϱυϐᾶ, Massoretæ vero *arubath* cum patahh segol in prima & kibbus in secunda, ac sæpissime ubi ע & ח notantur vocali *a*; illi *e* legunt. Psalm. 47. 3. ubi Massoretæ illud ירכתי *Iarchethe* legunt. In vetustis Codicibus legitur ἰερχθή; & eodem Psalmo v 7. דמינו Massoretæ, *damminou*, illi, δεμμινοῦ habent: & Psalm. 109. 4. לדתך Massor *Ialduthecha*, illi, ἰελεδεθέχ. Malachiæ 2. 13. כסות Massor. CASSOTH; illi χεσούθ. Longe vero sæpius illi E Massoreticum per A legunt, ut Levit. 18. 13. תבל Massor. cum duplici segol, *Thebel*: Theodotio Θάβελ. Judicum 3. sæpe אהוד Massoretæ cum tsere sub prima *Ehud*. LXX Αὼδ, Alii, Ααώδ, 1. Reg. 17. 1. אפס Massor. *Ephes*, illi ἀφές, 4. Reg. 18. 34. הנע Massor. *Henah*, Aquila Ανέ. 4. Reg. 25. 17. כתרת Massor. *Chothereth*, Symm. & Theodotio χαθάρθ, Job. 42. קרן Massor. *keren*, Aquila & Symm. κάρν. Psalm. 7. 15. יחבל Massor. *iehabbel*: veteres illi ἰεβάλ.

Hic vero notandum est in affixis secundæ personæ singularis masculini generis ך supposito camets *ca* Veteres Interpretes A ante C legêre, nimirum *ac*. Sic Psalm. 44. v. 8. אלהיך ubi Massoretæ *Eloeca* legunt, illi ἐλωάχ. Psalm. 47. 10. היכלך Massor. *Hecalecha*, illi ἡχαλάχ. Psalm. 109. לך Massor. *Lecha*: illi λὰκ, melius λὰχ. Isaï. 42. 3. בך Massor. *becha*, illi βὰχ. Quando autem præcedens vocalis est ε per ε terminant, ut supra ילדתך ἰελεδεθέχ.

Aliquando etiam, sed raro ο vel ω, pro α legunt veteres illi, ac vicissim. Sic Gen. 36. v. 24. in nota, מקור, Massoretæ *makor*, vetus lectio μωκὼρ, nisi sit mendum pro μακὼρ: & Josue 7. 24. עכור Massoretæ *Achor*. Aliqui legerunt Αχὰρ non obstante ו. Alii Αχώρ. 1. Reg. 17. 1. דמים Massoretæ *Dammim*: illi δομμὶν, & Psalm. 48. 2. חלד Massoretæ, *haled*; illi ὀλδ.

De sceva quædam observanda nobis sunt. Massoretico quidem more aliquando legitur, aliquando silet. Legitur semper initio vocis sub littera daghessata, in medio vocis post aliud sceva, & post motionem magnam. Alibi quiescere solet, *e* autem sonat cum legitur. Hisce porro legibus non stabant veteres Interpretes: nam sceva sæpe non legebant initio vocis; ut Gen. 1. 1. בראשית. Massoretæ, bereschith, illi, βρησιθ. Gen. 2. 8. בעדן Massor. *beheden*, illi βεδὲν. Levit. 14. 36. שאת Massor. *seeth*, Theodotio, σήθ. Psalm. 11. 9. כרם Massor. *cherum*, illi χεάμ. Psalm. 117. 25. בשם Massor. *beschem*. illi βσήμ.

Frequenter etiam pro hodierno sceva initiali eamdem vocalem adhibent quæ in sequenti syllaba habetur Gen 14. 5. רפאים Massoretæ, *Rephaim*, Aquila, ῥαφαείμ. Levit. 19. 27. פעת Massoretæ, *Pheath*, illi φαάθ. Psalm. 45. 8. צבאות Massor. *tsebaoth*, Veteres illi σαβαώθ sæpe. Psalm. 46 5. פלגיו Massor. *pelagau*; illi, φαλαγαύ. Psalm. 48. 5. למשל Massor. *lemaschal*; illi, λαμασάλ. Horum exempla frequentia reperire est in LXX. Interpretibus ut *schelomo*, Σολομὼν, & alia. Est etiam ubi sequente ου scheva illud initiale per α exprimant, ut Psalm. 43. 15. מנוד μανοὺδ.

De י Iod, & de vocali I hæc observanda sunt; י semper exprimunt veteres per ι, vel indiscriminatim per ει, nisi mendo Librariorum ει positum fuerit pro ι, quod frequentissime in Manucriptis Græcis pene omnibus observatur. Gen. 1. 1. בראשית βρησιθ. Gen. 14. 5. רפאים Aquila, ῥαφαείμ. Gen. 28. 19. העיר ἀείρ. Levit. 1. 1. ויקרא οὐικρά. Gen. 36. 24. in Nota המים ἀμμαίμ. 1. Reg. 4. 18. ארבעים ἀρβαεὶμ 1. Reg. 17. 1. דמים

δομμίν. 2. Reg. 14. 26. מאתים μαθαείμ. 3. Reg. 6. 1. בשמונים βασεμονείμ. 4. Reg. 1. 2. אחזיה A. Aαζία. S. Oχοζίας 4. Reg. 23. 7. הקדשים ἀκκοδασίμ. Job. 42. ימימה A. S. ἰεμιμα. Pſalm. 8. 1. הגתית ἀγεθθίθ. Pſalm. 11. 1. השמינית, ἀσεμινίθ. Pſalm. 44. 1. ידידת ἰδιδώθ, & alibi ſæpe.

Ubi vero י quieſcit in tſere, per η vulgo exprimunt, rarius per ε. 4. Reg 1. 8. אלהי ἐλωή. Pſalm. 7. 8. ועליה, οὐαλεὰ ירכתי ἰερχθὴ. Pſalm. 47. 10. ἠχαλάχ היכלך. Alia multa exempla proferre poſſemus, ſed hæc ſatis ſunto

Quando autem littera י nec exprimitur, nec ſubintelligitur, ut in voce דויד David, quæ ſæpius דוד ſcribitur ſuppreſſo, ſed ſubintellecto י, tunc per hhiriq parvum a Maſſoretis notatur, a veteribus numquam per i legitur, ſed frequentius per e, ut Gen. 2. 8. מקדם Maſſor. *mikkedem*, illi, μεκεδέμ, Levit. 7. 18. פגול, Maſſoretæ, *Phiggoul* habent, Theodotio autem Φεγγοὺλ vel Φεγγώλ. Pſalm. 9. 17. הגיון Maſſoretæ, *higgaion*, illi ἐγαών. Pſalm. 109. משחר Maſſor. *Miſchaar*, illi, μεσαάρ. Pſalm. 117. 27. אסרו Maſſor. *isrou*, illi, ἐσερού. Iſaï. 9. 5 Maſſor. *ghibbor*; illi, γεβώρ. Oſee 11 1. ממצרים. Maſſor. *mimmitſraim*. Illi, μεμμεσεραίμ, Malachiæ 2. 13. דמעה Maſſoretæ, *dimah*; illi, δεμά.

Quando hhiriq parvum jacet poſt *a*, vocalem tunc per *a* exprimunt. 2. Reg. 17. 19. הרפות Maſſor. *hariphoth*; illi ἀραφώθ.

Ubi ſecundum Maſſoretas ſceva initio occurrens ante aliud ſceva mutatur in hhiriq parvum, tunc veteres illi utrumque ſceva legunt per ε vel per *a*; per ε Pſalm. 11. 1. לבני Maſſor. *Libne*, vel *livne*, illi λεβνή. Pſalm. 150. 2. בגבורתיו Maſſor. *bigbourothau*; illi, βεγεβουροθαύ; per *a* מנחה pluribus in locis Maſſor; *minhah*; illi, μαναά. vel μανά. Pſalm. 75. 4. מלחמה Maſſor. *milhama*; illi, μαλαμά. Pſalm. 15. 1. מכתם. Maſſor. *Michtham*; illi, μαχθάμ. Oſee 10. 9. גבעה, Maſſor. *Ghibah*; illi, Γαβαά. Quando poſt primam vocalem ſequitur, O vel ω, vel ȣ, per α. Num. 11. 34. קברות, Maſſoretæ, *kibroth*; illi, χαβρώθ, forte melius καβρώθ. Jerem. 48. 1. משגב Maſſor. *miſgab*. A. Th. μασογάβ. Ezech. 29. 10 מגדל. Maſſor. *Migdol*: illi, Μαγδώλ. Reperitur etiam *a* ante *e*. 3. Reg. 6 1. בשמונים. Maſſor. *biſchmonim*: illi, βασεμονείμ. את־מזבח Maſſor. *Eth-mizbah*: illi, ἐθμασβεή. l. ἐθμαζβεή. Unde inferas hodiernum illud hhiriq ante ſceva frequentius a veteribus illis per a legi. Origenes tamen pag. 41 duo ſuppeditat exempla, ubi per *i* legitur, nempe διβρὴ ἀιαμιμ & μισλώθ, pro μισλή. דברי הימים, משלי. Sed hæc & fortaſſe ſimilia exempla quæ aliunde ſuppeditari poſſunt, ab Hebraïzantibus poſteriorum temporum, inducta fuiſſe ſuſpicari fas eſt, quare peroptarem ut hæc cum Mſſ. conferrentur.

Circa litteram ו hholem, ſchurek & cametshhatuph hæc obſervavimus. ו initiale ſchevatum perinde atque ſchourec ſolent per ȣ exprimere, neglecto ſceva hodierno. Sic Pſalmo 48. 4. והגות, Maſſoretæ, *vehaguth*; illi, ȣαγίθ, י pro ו ut non infrequenter accidit. Iſaï. 26. 2. ויבא, Maſſor. *veiabo*; illi, ȣιαβω. Malachiæ 2. 13. וזאת Maſſor. *vezoth*; illi, οὐζώθ. Ibid. ולקחת Maſſor. *velakath*; illi, ȣλαχέθ.

Etiamſi vero ו initiale, ut pote converſivum futuri in præteritum, Maſſoretico ritu afficiatur patahh, per ȣ tantum redditur ab antiquis illis Interpretibus non expreſſo patahh; ſic ȣικρα legunt pro ויקרא, non ȣαικρὰ, ȣιδαβὴρ pro ȣαιεδαββὴρ, etiamſi in Bibliis Latinis hodiernis Vaicra, & Vaieddabber legatur initio librorum, Levitici & Numerorum. Similiter 4. Reg. 4. 35. ȣιεγὰρ pro ויגהר non ȣαιεγάρ.

Hholem vero ſive plenum, ſive deficiens, necnon hhateph camets, & camets hhathuph per ο, & per ω expreſſum reperitur: idque fortaſſe vitio Librariorum qui haſce litteras confundere ſolent, maxime in vocibus peregrinis.

Schurec & Kibbus per ου, etiamſi non ſemel per ο vel per ω exprimantur. Cujuſmodi eſt vox כסות *operire*, infinitivum quieſcentium Lamed He, quæ exprimitur χασούθ in Codice Barberino.

Hæc de veterum legendi more paucis prælibare viſum eſt. Hinc porro videas difficile eſſe pro lectione veterum certas regulas tradere, cum illi non modo a recentioribus, ſed etiam ab æqualibus & coævis ſuis in ratione pronuntiandi differant. Cæterum ex iis quæ ſupra tradidimus, illa veriſimiliora videntur eſſe quæ pluribus exemplis aſſeruntur. Reliqua vero Lectoris eruditi judicio permittimus.

LEXICON

[illegible] Unde [illegible]

[illegible] continentur.

[illegible]

[illegible] vero [illegible], ut pote [illegible] in [illegible] [illegible] patah, per [illegible] exempla illis interpretibus [illegible]

[illegible] in libris [illegible] Valens [illegible]

[illegible] vero sive [illegible]

[illegible] in vocibus [illegible]

[illegible] Kibbus [illegible] vel [illegible]

[illegible] in Codice Hebraico.

[illegible]

[illegible] pluribus exemplis afferuntur [illegible]

LEXICON HEBRAICUM AD HEXAPLA.

א

אבב אביב ἁπαλά, tenera, *i.* teneræ fruges. *Aquila, Symmachus, Levit.* 2. 14. *in Append.* νεαρά, novæ fruges, *Incerti, Exod.* 13. 4. At *LXX. Interpretes semper,* νέα, novæ fruges. *Hinc mensis novarum frugum, qui est* Martius. *Veteres pariter & recentiores vertunt,* fruges virides, culmi, aristæ virentes. *Aquila & Theodotio, Ezech.* 3. 15. תל אביב *Græcis litteris exprimunt,* θηλ αβίβ.

אב ὥρα, hora, *vel,* species, *Aquila, Job.* 8. 12. ubi *Symmachus,* ὀπώρα, autumnalis fructus, *quo sensu potest etiam intelligi* ὥρα *apud Aquilam. Vulg.* poma. *Alii,* viror, fructus recens.

אבא *Chaldaïce,* viror, virens, fructus recens. *Dan.* 4. 9. *Legitur &* אנבא.

אבד *Aquila,* ὤλετο, *Symm.* ἀπώλετο, periit Job 4. 11. & *sic frequenter. Vide Lexicon Græcum.* ואבד Σ. διαπνεύσει, dissipabitur in vaporem. *Ezech.* 12. 22.

In Piel Prov. 1. 32. תאבדם ἀνελεῖ αὐτὰς, interficiet, *aut,* perdet eos *Aq. Symm. & Hesai.* 26. 14. *Symm.* ותאבד, & disperdidisti: ἀπολλύειν, perdere. ויאבד ἀπολλύει, perdit *aut* perdet *A. Th. Eccles.* 7. 7.

In Hiphil. והאבדתי καὶ ἀπολῶ, perdam, *Theodotio, Ezech.* 30. 13. *In forma Chaldaïca amisso* א *radicali, sic* להובדה ad perdendum. *Dan.* 2. 12. & *alibi.*

In Hophal. Chald. perditum fuit, *ubi etiam amittitur* א הובד perditum fuit. *Dan.* 7. 11.

אבדה res perdita, *Levit.* 6. 3.

אבדון perditio, *vel,* perditionis locus. *Prov.* 15. 11. *ubi LXX.* ἀπώλεια, *vertunt.*

אבדה Idem.

אבדן perditio, *Esther* 8. 6. & 9. 5.

אבה ἐθέλετο, ἐθελήθη, *Incerti,* 2. *Reg.* 13. 25. ἠθέλησε. *Incerti, Jud.* 11. 17. & *alibi,* volebat, voluit, *passim Omnes.* אבו ἐδέξαντο, susceperunt. *A. S. Th. Prov.* 1. 30. Item, acquieverunt, *S. Ezech.* 20. 8 *Sumitur & pro* ἔσπευσε, festinavit. *S. Job* 9. 26. *quo loco R. David Gerson* אבה, *explicat, desiderium.*

אב πατὴρ, pater, *Omnes: & metaphorice,* inventor, doctor, princeps, dominus, auctor. *Sumitur etiam pro majoribus & atavis, quemadmodum & Latine. Plurale,* אבות, Patres, Majores. *Chaldaïce cum* affixis אבוך pater tuus, אבוהי pater ejus. *Plurale,* אבהתי patrum meorum, *Dan.* 2. 23. אבהתך patrum tuorum, *Esdræ* 4. 15. אבהתנא patres nostri, *Esdræ* 5. 12.

אביון A. πτωχὸς, *Psalm.* 11. 5. *S.* πένης, *Psalm.* 11. 5. & *alibi,* pauper, mendicus, egenus. *Sic etiam, Septuaginta, & Recentiores. Plural.* אביונים egeni, pauperes.

אביונה *LXX.* κάππαρις, capparis. *S.* ἡ ἐπίπονος, laboriosa. *Sed Hieronymus ex eodem Symmacho Latine hanc lectionem adfert,* spiritus fortitudo, *nisi sit mendum. Nam quid affinitatis habet,* ἡ ἐπίπονος, laboriosa, *cum hac interpretatione Latina,* spiritus fortitudo. *Etsi enim* ἐπίπονος *aliquo modo quadrare possit ad vocem* fortitudo, *quorsum illa vox,* spiritus? *Alii,* appetitus, concupiscentia. *Eccles.* 12. 5.

אבוי *LXX.* θόρυβος, tumultus. *Vulgata ex aliis, ut putatur, Græcis Interpretibus* למי אבוי cujus patri væ. *Alii,* heu, heu.

אבי *LXX.* ὦ μὴν δὲ ἀλλά, verum enimvero. *Vulgata autem ex quodam veteri Interprete, ac si* י *affixum esset vocis* אב, Pater mi. *Alii, pro particula optandi,* ah, o, *habent.*

אבח אבחה *LXX.* σφάγια, mactationes. *Vulgata,* conturbatio. *Alii,* cuspis, mucro. *Alii,* terror, clamor.

אבטחים *Vide infra in* בטח

אבך התאבך *LXX.* συγκαταφάγεται, devoratur. *Hesai.* 9. 18. *Alii,* elevat se *vel* elevatur. *Vulg.* convolvetur. *Quidam,* in minutissimum pulverem abibit, *quasi ab* אבק *Caph & Koph permutatis.*

אבל ἐπένθησε, luxit, *A. Th. Ezech.* 7. 26.

In Hiphil. האבלתי induxi luctum. *Vulg. Ezech.* 31. 15.

In Hithpael. התאבל luxit.

אבל πένθος, luctus.

אבל lugens: est & nomen proprium loci. *Plural.* אבלים lugentes. *Fœminin.* אבלות lugentes.

אובל *Vide in* יבל

אבל *adverb.* A. μάλιστα, maxime. *Gen.* 42. 21. *in Appendice. LXX.* μάλα, valde. *Inc.* ὄντως, revera. *Reg.* 14. 5. *Vertitur etiam,* ναὶ, certe, πλὴν, verum, *Alii etiam,* verumtamen, imo.

אבן λίθος, lapis, *Omnes, & metonymice,* pondus, perpendiculum, massa. Σ. σάθμιον, pondus. *Proverb.* 17. 8.

אבני *Inc. & Th.* σάθμια, pondera. *Vide Lexicon Græcum.* Σ. θεμέλια, fundamenta, *quia ex lapidibus fiunt. Hesai.* 14. 9.

אבנא *Chald.* lapis, *Dan.* 2. 34.

אבנים sellæ parturientium, *vel* figulorum pro אפנים.

אבנט *A.* διαζώνη, balteus, cingulum. *S. LXX.* ζώνη, cingulum. *Exod.* 29. 9. *Et sic Alii,* Balteus, cingulum.

אבס saginare אבוס *Th.* σιτευτὸς, saginatus, *Proverbiorum* 15. 17. *Aquila,* φατνιάζεται, in præsepe ponitur. *Prov.* 14. 4. *Ibid. Th.* φατνευθήσεται. in præsepe ponetur, locabitur. *S. LXX.* φάτνη præsepe. *A veteribus igitur etiam pro verbo habetur. Verum longe dissimili usu accipitur* φατνιάζεται *apud Aquilam, &* φατνευθήσεται *apud Theodotionem. Nam Aquila dicit:* Ubi non sunt boves, in præsepe ponitur proventus electus, *id est, accumulatur, sed non pascendis bobus: Theodotio autem:* In multitudine boum in præsepe reponetur fructus, *aut,* reponentur fruges, *bobus scilicet pascendis. Plural.* אבוסים præsepia, *Job* 39. 12.

מאבסים *LXX.* ἀποθῆκαι, granaria, horrea.

אבק *LXX.* κονιορτὸς, *Th.* χνοῦς, pulvis, cuspis, *Cant.* 3. 6.

אבקה *idem.*

In Niphal. נאבק, luctari. ויאבק *A. S.* ἐκυλίετο, volvebatur, *LXX.* ἐπάλαιεν, luctabatur, & *sic Vulgata. Incertus,* ἐκονίζετο, *quasi dicas, in pulvere volutabatur, ut solent ii qui luctantur. Gen.* 32. 24.

אבר אביר ἰσχυρὸς, fortis. *Reliqui, Isai.* 1. 24. *ubi de Deo agitur. Aquila, Symmachus,* ὑπερμεγέθης, quam maximus, *Theodotio,* θαυμαστὸς, mirabilis. *Psalm.* 75. 5. *A. Th.* δυνάσται, potentes, *Ps.* 77. 25. *LXX.* ἄγγελοι. אבירו *S.* ὑπερήφανοι, superbi. *LXX.* ἀσύνετοι, insipientes, *Ps.* 75. 5.

אבירי לב *S.* σκληροκάρδιοι, duri corde, *Isai.* 46. 12.

אבירי *S.* μεγιστᾶνες, magnates. *Thren.* 1. 15. Item, δυνάσται, potentes, *Theodotio, Psalm.* 21. 13.

אביר ταῦρος, Taurus. *A. S. LXX. Psalm.* 21. 13. *Alii,* ἰσχυρὸς, *Hesai.* 1. 24. *S.* ἄρχων, princeps, dux. 1. *Reg.* 21. 7.

אבר πτέρυξ, penna, *Symm. LXX. Psalm.* 54 8. & 67. 14. *A.* μετάφρενα, terga, *Ezech.* 17. 3.

אבו ה *Symmachus,* ἐναγκαλίσεται, in ulnis complectetur. *LXX. Theodotio,* συλλάβῃ, conceperit, *Job.* 39. 14.

In Hiphil. volavit, *Job* 39. 26. *ubi Vulgata,* plumescit.

אגד אגדה *A.* δεσμὸς, vinculum; *Symm.* συστροφή, cuneus, agmen militum, *LXX.* συνάντησις, concursus, 2. *Reg.* 2. 25. אגדות στραγγαλίας, nodos, *LXX. Hesai.* 58. 6. *Alii,* fasces, sarcinæ. *Incertus,* δέσμη, fasciculus colligatus, *Amos* 9. 6.

אגז אגוז *LXX.* κάρυα, nuces, *Cant.* 6. 10. *Alii,* putationem *vertunt ex* גזז. *Semel tantum occurrit in Bibliis sacris.*

אגל *LXX.* βῶλος, jactus, *i.* stilla. *Job* 38. 28. *Alii,* gutta, stilla. *Plural.* אגלי guttæ.

אגם *Inc.* λίμνη, stagnum. *Exod.* 7. 19. *LXX.* ἕλος, palus. *Plural.* אגמי *Ibid.* stagna.

אגמון *A.* στρεβλοῦντα, perversum. *Hesai.* 19. 15. *S. & LXX.* τέλος, finis. *Ibidem hanc vocem cum non intelligeret Theodotio,* agmon, *reddidit. Alibi LXX.* ἄνθραξ, carbo, & κρίκος, circulus. *Alii vero,* juncus, cortina, ahenum, cacabus, *ac pro varia seriei ratione varias interpretationes adferunt.*

אגן *LXX.* κρατὴρ, crater. *A.* πρόθυμα, patera. ἐν προθύμασιν *in pateris,* באגנת *Exod.* 24. 6.

אגף אגפים *Th.* παράταξις, acies. *Ezech.* 17. 21. *Inc.* ὑποστηρίγματα, sustentacula. *Ezech.* 38. 6. *Alii,* alæ militum, agmina; *& cum Theodotione consonant.*

אגפין *Chald.* alæ.

אגר μισθαρνεῖν, quæstum facere. *S.* 1. *Reg.* 2. 36. συνάγειν, colligere, *Idem Prov.* 10. 5. *ubi LXX.* אגר *vertunt* διεσώθη, evasit, se recepit. *Alii,* collegit, congessit, comportavit.

אגורה *Alii a radice,* גרר, nummus, nummulus.

אגרת Epistola, *sic passim LXX. Sic dicta creditur Epistola, quod in ea res varie congerantur & comportentur ab* אגר comportare. *Chald.* אגרא Epistola, *Esdræ* 4. 8. *Emphatice* אגרתא *Ibid. v.* 11. *Plural.* אגרות Epistolæ. *Nehem.* 2. 7.

לאגרות *A.* εἰς συλλογὴν, in collectionem. 1. *Reg.* 2. 36. *Alii,* nummulum. *LXX.* obolum *vertunt. Quidam ponunt in Radice* גרר

אגרטל pelvis, pollubrum. *Plurale,* אגרטלי *LXX.* ψυκτῆρες. *Esdr.* 1. 9.

אדב האדיב cruciare. *LXX.* vertunt καταῤῥεῖν, diffluere. 1. *Reg.* 2. 33. *commutatis, ut putatur, litteris ex* דאב *efficitur* האדיב

אדם rubere, rubrum *vel* rufum esse. *S.* אדמו *verbum pro nomine habet, &* πυῤῥότεροι, *i.* rubicundiores, *vertit. Thren.* 4. 7. מאדמים *A. S. Th.* πεπυρωμένα, ignei coloris. *LXX.* ἐρυθροδανωμένα, rubricata. *Exod.* 25. 5. *& alibi.*

In Hiphil. rubrum esse.

In Hithpael, rubescere.

אדם *S.* πυῤῥὸς, rufus, ruber, rubicundus.

אדם Σάρδιος, sardius lapis. *LXX. Exod.* 28. 17. & alibi. *Alii vertunt,* pyropus, rubinus. *Nihil incertius nominum hujusmodi Hebræorum significatione.*

אדמני πυῤῥάκης, rufus. *LXX. Gen.* 25. 25. *& alibi.*

אדמה *A. S. LXX. Th.* χοῦς, humus, terra, pulvis, *Gen.* 2. 7. *item A.* χθὼν, γῆ, terra. *Exempla vide in Lexico Græco. Plural.* אדמות terræ.

אדם ἄνθρωπος, homo, *passim Omnes. Interdum generaliter,* homo, *interdum distributive,* quisque.

אדמדם subrubidus, rufus.

אדן *Aquila, Symmachus, Theodotio,* βάσις, basis, stylobates. *Exod.* 36. 38. *& alibi. Sic & LXX. passim. Item* אדני κεφαλίδες, capitella. *LXX. Exod.* 36. 36. *Incert.* ἀγκύλαι, ansulæ. *Sed Job* 38. 6. אדני *A. Th.* βάσεις, bases; *S.* καταπηγες, pali; *LXX.* κρίκοι, circuli.

אדון κύριος, Dominus: *sic Omnes. Vertitur &* δεσπότης. *A. Psalm.* 11. 5. *S. Jerem.* 3. 11. *de Deo & de homine. Alibi,* ἄρχων, princeps, dux. *Item A.* κυριεύων, dominans. *Jos.* 3. 11. אדונים Domini, *dicitur de uno & de pluribus.*

אדין τότε, tunc. *Chald. A. Dan.* 3. 24.

אדר *in Niphal.* נאדר magnificus.

In Hiphil. LXX. δοξάζειν, μεγαλύνειν, magnificare, gloriosum reddere. *In Hiphil etiam S.* θαυμάζειν, admirari. *Hesai.* 4. 2. 21.

אדיר ἰσχυρὸς, fortis. *Th. Jud.* 5. 25. *atque ita etiam LXX. & Reliqui. A. sæpe* ὑπερμεγέθης, maximus. *Exempla vide in Lexico Græco ad vocem* ὑπερμεγέθης. אדירי *A.* σωζόμενοι, qui salvi evaserunt. *Jud.* 5. 13. *Item,* μεγιστᾶνες, magnates *apud. LXX.* אדיר *S.* κραταιὸς, fortis. *Hesai.* 33. 21. אדירים δυνάσται, potentes. *Incertus, Jud.* 5. 25.

אדר magnificentia. *Item,* toga, pallium magnificum.

אדר Adar, *mensis ejus nominis, qui* Februario *respondet.*

אדרת μεγαλωσύνη, magnificentia. *LXX. Ezech.* 11. 3. *Item,* pellis.

אדרת *Aquila,* στολὴ, stola, amictus. *Symmachus,* ἔνδυμα, indumentum. *Jos.* 7. 21.

אדר אדרא *Chald.* area. *Daniel.* 3. 2. *Plural. constructum* אדרי areæ.

אדרגזריא *Vox Chaldaica,* ἡγούμενοι, Duces. *LXX. al.* Senatores. *Dan.* 3. 2.

אדרזדא *Chald.* sedulo, diligenter.

אדרכן *LXX.* δραχμὴ, drachma. אדרכנים drachmæ.

אהב ἀγαπᾶν, φιλεῖν, amare, diligere. *Aquila & Symmach. sæpe. Vide Lexicon Græcum ad utramque vocem.*

Niphal, הנאהבים amantes se, mutuo se amore complectentes.

Piel מאהבים amantes, amatores.

מאהב ἐραστὴς, amator.

אהב *S.* φίλος, amicus. *Psalm.* 37. 12.

אהבה אהב ἀγάπη, amor, dilectio. *Aquila, Symmachus, Proverb.* 10. 12. *& LXX. passim. S.* φίλτρον, amor. *Cant.* 2. 5.

אהה *Theod.* ἆ, ἆ, ἆ. *Vulgata,* heu. *Jud.* 6. 22.

אהי *Aquila, LXX. Quinta Editio,* ποῦ, ubi. *Symmachus habet pro futuro verbi* היה *vertitque,* ἔσομαι, ero. *Osee* 13. 14.

אהל σκέπη, σκηνή, tentorium, tabernaculum, *sic Omnes. Exempla vide in Lex. Græco ad utramque vocem. Item Aq. Theod. Quinta Editio,* σκήνωμα. *Psalm.* 18. 5. *S.* σκήνωσις, tabernaculum. *Psalm.* 77. 51. *Plurale* אהלים tabernacula, tentoria.

אהל tentorium figere, σκηνοῦν, *LXX. vel* tentoria movere, *iidem.* σκηνοποιεῖν, tabernaculum facere, *vel,* figere. *Symmach. Hesai.* 13. 20. *ubi per apocopen, legitur* יהל *pro* יאהלו *& in Hiphil esse putatur.*

אהלות ἀλόη, aloë. *A. Cant.* 4. 14. *Alius ibidem,* κιννάμωμον, Cinnamomum. *S.* θυμίαμα. *Alii,* santali-

אהלים *formâ masculinâ idem significat.*

או ἢ, aut, vel, sive. *Quidam volunt pro*, &, si, *quandoque sumi.*

אוב *A.* μάγος, Magus. 1. *Reg.* 28. 8. *& alii. A.* θελητὴς, voluntarius, *sæpe. Vide Lex. Græcum.* θελητὴς *vero sive* voluntarius *dicitur, quia pro arbitrio & voluntate sua hariolari & divinare creditur. Symmach.* ἐγγαστρίμυθος, ventriloquus. *Hesai.* 29. *& alibi. Alii,* Pytho. *Plurale* אבות Pythones. *Item* utres, כאבות sicut utres. *Job* 32.

אוד על אודת δι᾽ ὅ, propter, & περὶ, de.

אוד δαλὸς, torris, titio, *Aquila, Symmachus, LXX. Zach.* 3. 2. *Plurale* אודים titiones.

אוה *Piel* ποθέω, desidero. *Symm. Prov.* 20. 21. ἐπιθυμέω, concupisco, *LXX. passim.* נאוו *Symm.* εὐπρεπεῖς, decori. *Hesai.* 52. 7. *A.* נאוה ὡραιώθη, decora est. *Ps.* 32. 1. *Item Aquila,* נאוו ὡραιώθησαν, quasi ex נוה *Itemque* נאות ὡραιότητες, pulchritudines.

In Hithpael, desiderare.

חם calor, æstus. *LXX.* καῦμα, æstus, θέρμη, calor, & *semel*, φῶς, lumen.

חום fuscum. *Alii*, maculosum, *Gen.* 30. 32. *LXX. ter* φαιὸς, fuscus; *semel*, ποικίλος, varius.

חמה calor. *Alii*, sol. *Job* 30. 28. *ubi LXX.* φιμὸς, frænum *interpretantur.*

חמת *Sym.* ὄχλος, turba, tumultus. *Psalm.* 6. 1. *Th.* θυμὸς, furor. *ibid.*

חמנים *A. S. Th.* τεμένη, delubra. *Vide Lex. Græc. Alii*, statuæ. *Hesai.* 27. 9. *Alii*, imagines solis.

חמס ἀδικεῖν, injuste agere, vim facere. *Omnes. Item*, violenter agere, abripere, injuria afficere. *LXX.* ἀδικεῖν, injuriam facere, ἀθετεῖν, contemnere, ἀσεβεῖν, impie agere, παραδειγματίζειν, traducere, dehonestare.

חמס ἀδικία, injuria, injustitia, violentia. *Omnes. Theodotio*, ἁρπαγή, rapina. *Prov.* 10. 6. *Symm. etiam*, πλεονεξία, avaritia. *Habac.* 1. 9. & *alibi. LXX. etiam.* ἀδικία, injuria, injustitia. *Item*, ἀθεσία, prævaricatio, ἀσέβεια, impietas, ἀνομία, iniquitas, ὄνειδος, vituperium, ὕβρις, contumelia.

תחמס *LXX.* γλαῦξ, noctua. *Alii*, hirundo. *Levit.* 11. 16.

חמץ *LXX.* ζυμοῦσθαι, fermentari, & *sic Omnes. Item*, ἀναποιεῖν, commiscere, βάπτειν, tingere. *Et metaphorice*, ἀδικεῖν, injuste agere.

Hithpael, exacerbare se.

חמץ ζύμη, fermentum. *Sym.* & *Alii*, *Vide Lexicon Græcum. A.* ζυμωτὸν, fermentatum. *Deuter.* 16. 3. *in Appendice.*

חמץ ὄξος, acetum. *S. Psalm.* 68. 22. & *alibi.*

חומץ *LXX.* ἀδικῶν, violentus, injustus. *Psal.* 70. 4. *Item*, oppressor.

חמוץ tinctus, madefactus. *Hesai.* 63. 1. *Item*, oppressus. *Hesai.* 1. 7.

חמיץ *LXX.* ἀναπεποιημένος, tinctus, commixtus. *Hesai.* 30. 24.

חמצה fermentatio.

מחמצת fermentatum.

חמק *Aq.* κλίνειν, declinare. *Item*, discedere, subducere se, circuire se subducendo. *S.* ἀπονεύειν, renuere. *Cant.* 5. 6. *LXX.* ἀπονεύειν, declinare. *Item*, ἀποστρέφεσθαι, averti.

Hithpael, תתחמקין *S.* demergêris. *Jerem.* 31. 22. *Ubi Alii*, te subduces.

חמוק *LXX.* ῥυθμός. *Alius*, ambitus. *Plur. constructum*, חמוקי ambitus.

חמר *Sym.* θολοῦσθαι, turbidum esse. *Ps.* 45. 4. *LXX.* ταράττεσθαι, turbari. *Item*, linire bitumine. *LXX. semel*, καταχρίειν, linire. *Item*, ἐξαλείφειν, delere.

Pual geminatis duabus radicalibus פני חמרמרה facies

mea lutulenta & squallida facta est. *Job 16. 16.*

חמר *Symmachus, LXX.* ἄκρατος, merum, *de vino dicitur. Ps. 74. 9.* αὐστηρὸν, austerum, merum. *A. Deut. 32. 15. in Appendice. LXX.* οἶνος, vinum. *Ibidem.*

חמר πηλὸς, cæmentum. *LXX. & Alii, Syrus autem,* ἄσβεστος, calx. *Gen. 11. 3. Symmachus,* πήλινος, luteus. *Job 4. 19. Item,* acervus. *Habac. 3. 15. Ubi Vulgata,* lutum. *Plural.* חמרים acervi.

חמר bitumen.

חמר κόρος, cumulus. *Aquila, Symmachus, Theodotio, Ezech. 45. 13. A.* σωρὸς, acervus. *Exod. 8. 14. in Appendice.*

חמור ὄνος, asinus, *Omnes. Exempla vide in Lexico Græco, & frequenter* ὑποζύγια, subjugales.

יחמור *LXX.* βούβαλος, bubalus. *Alii,* dama. *Deut. 14. 5. Incert.* αἴγαγρος, caper agrestis. *Ibid. Sed 3. Reg. 4. 23. LXX. vertunt,* ὄρνις, avis.

חמש πέντε, quinque. חמשים πεντήκοντα, quinquaginta. חמש מאות quingenti. חמשה *Masculin.* quinque. חמשת *Fœminin.* quinque.

חמש quinta pars.

חמישי quintus, חמישית vel חמישית quinta.

חמישים quini.

חמשים *A.* ἐνωπλισμένοι. *S.* καθωπλισμένοι, armati. *Theodotio,* πεμπτάζοντες, quintati. *Exod. 13. 16. Ubi LXX. vertunt* πέμπτῃ γενεᾷ, quinta generatione. *Et alibi LXX.* εὔζωνοι, accincti. *Item,* διεσκευασμένοι, armati.

חמש *verbum in Piel,* וחמש את־הארץ & quintabit terram. *Gen. 41. 34.*

חמש *A.* ἐνοπλισμὸς, armatura. *2. Reg. 3. 23.*

חמת *LXX.* ἀσκὸς, uter, lagena. *Gen. 21. 14.*

חנה *A. S.* παρεμβάλλειν, castra metari. *Psalm. 52. 6. Et similiter LXX. passim. Item,* residere. *Item LXX. aliquando,* πολεμεῖν, bellum gerere.

חנה *A.* παρέμβλησις, castrametatio. *Incert.* βιότευσις, victus. *Hesai. 29. 1.*

מחנה מחנים παρεμβολὴ, castra, *Omnes. Vide in Lexico Græco.*

חנית λόγχη, lancea. *Aquila, Symmachus, Theodotio, Quinta Editio, Psalm. 34. 3. & alibi.* δόρυ, hasta. *A. Th. 1. Reg. 17. 7. Sym. 4. Reg. 11. 12. Incert.* ζιβύνη, lancea. *Mich. 4. 3. Plural.* חניתים, *& formâ fœmininâ,* חניתות lanceæ.

חנויות cellulæ, mansiunculæ. *Jerem. 37. 14. Alii,* ergastula. *Incert.* συγκλεισμὸς, clausura. *Jerem. 37. 16.*

תחנות castrametatio, mansio. *4. Reg. 6. 8.*

חנט *A.* ἀρωματίζειν, aromatibus condire, *scilicet ad sepulturam, LXX.* ἐνταφιάζειν, funerare. *Genes. 50. 2. Alii item,* aromatibus condire.

חנטה *A.* προέβαλε, protulit. *Cant. 2. 13. LXX.* ἐξήνεγκε, extulit, protulit.

חטה σῖτος, frumentum. *Symm. Job 31. 40. &* πυρὸς, triticum *sæpe.* חטים πυροὶ, frumenta. *Aq. Symm. 3. Reg. 5. 11.*

חנטין *Chald.* tritica.

חנך initiavit, dedicavit. *LXX.* ἐγκαινίζειν, dedicare. *Item,* imbuere, instruere.

חנכה initiatio, dedicatio. *LXX.* ἐγκαίνια, dedicationes, ἐγκαίνισις & ἐγκαινισμὸς, dedicatio.

חניכים initiati, instructi. *LXX.* ἴδιοι, proprii. *Gen. 14. 14.*

חנמל *Aquila,* κρύος, glacies. *LXX.* πάχνη, pruina. *Psalm. 77. 47. Ubi Symmachus,* σκώληξ, vermis. *Sed suspicor Symmachi versionem vel vitiatam fuisse, vel ad aliam vocem pertinere. Alii,* grando, grando major.

חנן δωρεῖσθαι, donare, condonare. *Aquila sæpe, Sym. Gen. 33. 6. Incert. Psalm. 6. 3. S.* οἰκτείρειν, miserari. *Psalm. 40. 5. LXX.* ἐλεεῖν, misereri, *Aq.* χαρίζεσθαι, largiri. *Gen. 33. 6.*

Niphal, gratulari sibi.

Piel, gratiam dare.

In Hiphil accipere videntur Aquila & Symmachus, ויחן *Job 41. 3. vertunt enim,* δωρήσεται, condonabit, *vel passive,* condonabitur. *Alii putant esse nomen, & vertunt,* gratia.

Hithpael, אתחנן *Theodotio,* δεηθήσομαι, supplicabo. *Job 9. 15. Symmachus,* supplicabo. *Ps. 29. 8.*

חנון ἐλεήμων, misericors. חנן χαριστικὸς, gratiosus. *S. Psalm. 111. 5.*

חן *Aquila,* χάρις, gratia. *Prov. 1. 9. Incert. Jud. 6. 7. LXX.* ἔλεος, misericordia.

תחנונים δεήσεις, supplicationes. *Hebr. Interpr. Job 40. 22. Item,* precationes, deprecationes.

חנם δωρεὰν, gratis. *Aquila, Theodotio, Job 9. & alibi. A.* ἀναιτίως, sine causa. *Psalm. 34. 19. S.* ἀναίτιος, inculpatus. *Job 22. 6. & alibi. S.* ἀναξίως, sine causa. *Psalm. 68. 3.* μάτην, temere, frustra. *Symmac. 1. Reg. 19. 5.*

תחנה precatio, supplicatio.

חנינה gratia.

חנף contaminatus & prophanatus est. *LXX.* μιαίνεσθαι, contaminari, & μολύνεσθαι, pollui. הארץ חנפה *Symmachus,* ἡ γῆ ἐφονοκτονήθη, terra cædibus contaminata, *vel* sanguine polluta est. *Hesai. 24. 5. Item active,* contaminavit, simulavit, hypocrisi usus est.

In Hiphil, contaminare. *LXX.* φονοκτονεῖν, cædibus contaminare, *vel* effuso sanguine polluere.

חנף ὑποκριτὴς, hypocrita, simulator. *Aq. S. Theod. Exempla vide in Lexico Græco. Item Alii,* profanus, impurus.

חנף *Symm.* ὑπόκρισις, hypocrisis. *Psalm. 34. 16.*

חנפה hypocrisis. *LXX. vero* μολυσμὸς, pollutio. *Jer. 23. 15.*

חנק *Piel,* suffocavit, strangulavit.

In Niphal, ויחנק strangulavit se.

מחנק *Aquila,* ἀγχόνη, laqueus. *Job 7. 15. Alii,* strangulatio. *LXX. qui forte aliud legerunt,* πνεῦμα, spiritus.

חסד *Aquila, Symm.* ἔλεος, misericordia. *Aq. Item,* ἐλεημοσύνη. *Pro utroque exempla vide in Lex. Græco. Item Alii,* benignitas, beneficentia. *S.* χάρις, gratia. *Psalm. 39. 11. & alibi. Plurale constructum* חסדי benignitates.

חסד *S.* ὄνειδος, probrum. *Prov. 14. 34. S.* ἐπίχαρις, gratiosus. *Prov. 31. 26.*

חסד *Piel,* probro afficere.

Hithpael, תתחסד ὁσιωθήσῃ, sanctificaberis. *Omnes, Psalm. 17. 26.*

חסיד ὅσιος, sanctus, pius, *Omnes. Vide in Lex. Græc. Plural.* חסידים sancti, pii.

חסיד benignus, beneficus, misericors. *Aq.* ἁγνὸς, castus. *Psalm. 11. 2.*

חסידה *A. S. Th.* ἐρωδιὸς, erodius. *Levit. 11. 19. & alibi sæpe.* κύκνος, cygnus. *S. Job 39. 14. Alii,* ciconia. *S. bis,* ἰκτὶς, milvus. *Psalm. 103. 17. & Jerem. 8. 7. Aliquando ipsam vocem Hebraicam retinent* ἀσιδά, *aliquando* πελαργὸς, ciconia, *vertunt* חסידה *q. d.* pia. *Estque vere ciconia erga parentes pia. Unde in nummis Consularibus, ubi pietas mulieris forma repræsentatur, appingitur etiam ciconia avis, quæ a Petronio pietaticulatrix vocatur.*

חסה *Sym.* ἐλπίζειν, sperare. *Psalm. 15. 1. Th.* πείθεσθαι, obtemperare. *S.* ἀμεριμνεῖν, securum degere. *Ps. 35. 8. Alii,* confugere, recipere se ad aliquem, confidere.

חסות refugium.

מחסה *A. S. Th.* καταφυγὴ, refugium. *Psalm. 103. 18. S.* ἀφοβία, securitas. *Psalm. 60. 4. S.* πεποίθησις, fiducia. *Ps. 70. 7. LXX.* σκέπη, tegmen, καταφυγὴ, refugium, ἐλπὶς, spes, βοηθὸς, auxiliator, ἀντιλήπτωρ, susceptor.

חסל absumsit, devoravit. *LXX.* κατέδεται, devorat.

חסיל *A.* βροῦχος, bruchus. *Symm.* μυζήτης, myzetes, *insecti genus, quod fruges devorat, & perdit a* μυζάω, *sugo. LXX.* ἐρυσίβη, ærugo. *Psalm. 77. 46.*

חכם obturavit, occluſit. *LXX.* φιμῦν, frænare, os obturare.
מחסום *Symmach.* φιμὸς, frænum. *Alii*, capiſtrum. *LXX.* φυλακὴ, cuſtodia.

חסן *Chald.* fortis, robuſtus fuit.
Aphel, apprehendit, poſſedit.
חסנא *Chald.* robur, potentia.
חסין robuſtus.
חסן *LXX.* ἰσχὺς, fortitudo, robur. *Item*, θησαυρὸς, theſaurus. *Item*, δυναστεία, potentia. *Alii etiam*, opes, facultates. *Hinc verbum in Niphal.* יחסן recondetur. *Heſai.* 23. 18.

חסף חספא *Chald.* lutum, proprie figuli.
מחספס rotundum.

חסר defuit, defecit, deſtitutus fuit, eguit, indiguit. *Aquila*, στερεῖται, privatur. *Prov.* 6. 32. חסר ὑστερούμενος, qui deficit, qui privatur, qui caret. *Theod.* *Proverb.* 10. 13.
Piel, minuit, deſtituit, defraudavit.
Hiphil, ſubtraxit.
חסר *Sym.* ἐνδεὴς, egenus. *Prov.* 15. 21. *& alibi. ſic & LXX. paſſim.*
חסר *A. S.* ἔνδεια, egeſtas. *Prov.* 10. 21. *& Prov.* 21. 22. *& Septuaginta ſæpe.*
חסיר *Chald.* egenus.
חסרון *Symm.* *LXX.* ὑστέρημα, defectus. *Eccl.* 1. 15. *Sic etiam Septuaginta ſæpe: & ſemel*, ἔλαττον, minus.
מחסור ὑστέρημα, defectus, privatio. *Th.* *Prov.* 11. 24.

חפה *LXX.* καλύπτειν, ἐπικαλύπτειν, operire, tegere.
Niphal, tegi.
Piel, operire, tegere.

חפז *Symmac.* καταπλήττεσθαι, conſternari. *Job* 40. 18. *Item*, trepidare, *vel* accelerare.
בחפזי *Aq.* ἐν τῷ θαμβεῖσθαι, dum obſtupeſcerem. *S.* ἀδημονῶν, deſperans. *Pſalm.* 115. 11.
נחפז *Aquila*, θαμβούμενος, attonitus. 1. *Reg.* 23. 26. *ubi Symmach.* περιστελλόμενος, contractus, *Theodotio*, κρυπτόμενος, abſcondens ſe, *LXX.* σκεπαζόμενος, obtectus.
חפז *Aq.* θάμβησις, ſtupor. *Symmachus*, ἔκπληξις, ſtupor. *LXX.* *Theod.* ἔκστασις, extaſis, exceſſus mentis. *Pſalm.* 30. 23.
חפזון *A.* θάμβος, ſtupor. *Exod.* 12. 11. *ubi S.* ἔπειξις, feſtinatio. *LXX.* σπουδὴ, feſtinatio, diligentia.

חפן חופן *A.* θέναρ, *ſive* θεναρὸς, vola manus. *Symm.* *LXX.* δρὰξ, pugnus. *Proverb.* 30. 4. *Duale*, חפנים pugni.

חפף texit, protexit, obtexit. *Aquila*, παστοῦν, vel παστοῦν, thalamum ponere, inſtruere. *Deuter.* 33. 12. *Th.* σκεπάζειν, tegere. *LXX.* σκεπάζειν, tegere, *& aliquando paſſive* σκεπάζεσθαι, tegi.
חף *LXX.* ἄμεμπτος, inculpatus. *Alii*, nitidus, mundus.
חוף ora, littus maris, portus. *LXX.* αἰγιαλὸς, littus, *&* παραλία, ora maris.
חפה obtectio, protectio. *Item*, thalamus. *LXX.* παστὸς, thalamus.

חפץ βούλεσθαι, velle, deſiderare. *Incert.* *Jud.* 13. 23. חפץ θέλει, vult. *S.* 1. *Reg.* 15. 22. *Item*, erigere, arrigere. *Incert.* ἀγαπᾶν, diligere. 1. *Reg.* 19. 1. *S.* ἐπιθυμεῖν, concupiſcere. *Geneſ.* 34. 19. *S.* προσδέχεσθαι, exſpectare. *Pſal.* 50. 10. *Item S.* χρήζειν, opus habere. *Job* 22. 3. *& Incert.* *Job* 21. 21. *Alii etiam*, delectari, oblectari, deamare, placere, complacere.
חפץ *A.* βούλημα, voluntas. *Pſalm.* 1. 2. *A. S. Th.* θέλημα, voluntas. *Pſalm.* 15. 3. *Alii item*, oblectatio, oblectamentum. *Item*, χρεία, uſus, neceſſitas, *Aquila*, *Eccl.* 12. 10. & *S.* *Eccl.* 3. 1. *&* 5. 8. דברי חפץ λόγους χρειώδεις, ſermones utiles. *S.* *Eccleſ.* 12. 10. *Plurale*, חפצים voluntates, deſideria, oblectamenta.
חפץ *cum Camets ſub prima & Tſere ſub ſecunda Maſſoretice*, volens, deſiderans, qui delectatur re aliqua. *Plural.* חפצים volentes, deſiderantes.

חפר *Aquila*, *Symmachus*, *Theodotio*, ὀρύττειν, fodere, perfodere. *Exod.* 7. 24.
חפרו *Aquila*, διέρρηξαν, diruperunt. *Symm.* ὑπώρυξαν, ſuffoderunt. *Pſalm.* 34. 7. *Item*, ἀπωρύγησαν, effoſſi ſunt. *Sym.* *Pſalm.* 70. 74. *Symm.* ἀσχημονεῖν, turpiter agere. *Pſalm.* 39. 15. *Item*, pudore affici, probro & ignominia affici. *Aliquando metaphorice*, perveſtigare, perſcrutari.
Hiphil, pudore affici, *vel* afficere, *nam modo tranſitive, modo intranſitive accipitur.*
חפרפרות *Aquila*, ὀρυκτὰ, foſſilia, *haud dubie metalla, quibus idola conficiebantur. Symm.* infructuoſa. *LXX.* vana. *Vulgata*, talpæ. *Heſ.* 2. 20. *Vide notam eodem loco.*

חפש ἐλευθερία, libertas.
חפשי *Aquila*, *Symmachus*, ἐλεύθερος, liber. *Pſalm.* 87. 6. *& alibi.* *Alii etiam*, manumiſſus. *Plur.* חפשים liberi, manumiſſi.
חפשית *A.* ἐλευθερία, libertas. 4. *Reg.* 15. 5. *Scribitur etiam* חפשות, *quod tamen Maſſorethæ tradunt legendum* חפשית
חפש *Pual*, libertate donari. לא חפשה *LXX.* οὐκ ἀπελευθερώθη, non fuit libertate donata.

חפש *cum puncto ſiniſtro. Symmac.* ἐξερευνᾶν, ſcrutari, inveſtigare. *Pſalm.* 63. 7.
Niphal, perveſtigari, perquiri.
Piel, perveſtigare, ſcrutari. ויחפש רוחי *Aquila*, καὶ ἐσκάλευσε τὸ πνεῦμά μου, & ſcrutatus eſt ſpiritus meus, *vel ad litteram*, ſarrivit, *aut* repurgavit ſpiritus meus, *ſcilicet cogitationes minus rectas & puras. Symmach.* καὶ ἀνηρεύνων τὸ πνεῦμά μου, & perſcrutabar ſpiritum meum. *LXX.* καὶ ἔσκαλλον τὸ πνεῦμά μου, & ſcopebam ſpiritum meum: *quo pacto vertit etiam Hieronymus: Theodotio autem*, καὶ ἐξερεύνησε τὸ πνεῦμά μου, *& perſcrutatus eſt ſpiritus meus*, *Pſ.* 76. *v.* 7. *Item*, אחפש *Reliqui*, ἐκδικήσω, vindicabo, *ubi LXX.* ἐξερευνήσω, ſcrutabor. *Sophon.* 1. 12.
In Pual, perveſtigari, חפש מחפש *A.* σκαλεύσει σκαλευόμενος, ſcrutatione ſcrutans, *vel* repurgatione repurgans. *Symmachus*, ἐξερευνῶν ἐξερευνήσει, examinans examinabit, *vel ſi vocem* ἐξερευνήσει *pro Dativo nominis* ἐξερεύνησις *habeas*, examinabit examine. *LXX.* ἐξερευνῶντες ἐξερευνήσει, ſcrutantes ſcrutinio, *quo pacto vertit etiam Hieronymus. Itaque omnes Veteres hîc* מחפש *tranſitive & active accipiunt, ſecus quam Maſſorethæ, qui* מחפש *in Pual ponunt. Nuperi autem Hebraïzantes vertunt*, ſcrutinium perveſtigatum. *Pſal.* 63. 7.
Hithpael, mutare ſe, diſſimulare, ementiri. ויתחפש *Symmachus*, μετεσχημάτισεν ἑαυτὸν, transformavit ſe. *Alius*, ἠλλοιώθη, mutatus eſt. *LXX.* συνεκαλύψατο, cooperuit ſe. *Vulg.* mutavit habitum ſuum. 1. *Reg.* 28. 8. *Sed alio loco longe variant ſignificationes.* ויתחפש באפר על־עיניו *Aq.* καὶ ἐσκαλεύσατο ἐν σποδῷ ἐπὶ ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ, & conſperſit ſe in cinere ſuper oculos ſuos. *Hic vocem* σκαλεύειν *pro* conſpergere *accepiſſe omnino videtur Aquila. Symmachus vero* καταπασάμενος σποδῷ κατὰ τῶν ὀφθαλμῶν αὐτοῦ, aſperſus pulvere contra oculos ſuos. *LXX.* καὶ κατεδήσατο ἐν τελαμῶνι τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ, & colligavit in vitta oculos ſuos. *Vulgata*, & mutavit aſperſione pulveris os & oculos ſuos. 3. *Reg.* 20. 38.
חפש *A.* σκάλευσις, ſcrutatio, *vel* repurgatio. *Symm.* *& LXX.* ἐξερεύνησις, examen, ſcrutinium.

חצב *Aq. Sym. Th.* λατομεῖν, excidere. *Exempla non pauca vide in Lexico Græco.* חצב *participium Symm.* καταδιαιρῶν, dividens, ſcindens. *Pſal.* 28. 7. *ubi LXX.* διακόπτων, diſcindens.
Niphal, excîdi.
Pual item, excidi, exſcindi. חצבתם *Theodotio*, ἐλατομήθητε, exciſi eſtis. *& ſic etiam Vulgata. LXX.*

vero active, ἐλατομήσατε, excidistis. *Hesai.* 51. 1.
מחצב excisio.

חצה *Aquila, Symmach. Theodotio*, ἡμισεύειν, dimidiare, in duas æquales partes dividere. *Exempla vide in Lexico Græco. Symmachus*, διαμερίζειν, dividere. *Job* 40. 25.

ויחצו ἀγοράσουσι. *Th. Job* 40. 25. derivando ab חוץ ἀγορά.

Niphal, dividi.

חצי ἥμισυ, dimidium.

חצות *Idem.*

מחצה *Idem Sym. Th.* ἔθλασε, fregit. *Jud.* 5. 26. *S.* πάσσαλος, vectis, palus, *suspectum.*

מחצית *Idem.*

חצן *Reliqui*, ἀγκάλαι, ulnæ. *Hesai.* 49. 22.

חצף *Chald.* ursit, acceleravit.

חצץ *Th.* διαιρεῖν, dividere. *Alii*, excidere.

Piel, ejaculari.

Pual, rescissum & truncatum esse.

חצץ *Sym.* ψηφὶς, calculus. *Prov.* 30. 27.

חץ *A. S. Th.* βέλος, telum, sagitta. *Exempla frequentia vide in Lex. Græc. S.* τόξον, arcus. *Ps.* 63. 4.

חצים ἀκόντια, jacula. *S.* 1. *Reg.* 25. 36.

חצר *Aq. S. Th.* αὐλή, atrium. *Hesai.* 62. 9. *& alibi sæpe. S.* ἀγρὸς, ager. *Jos.* 13. 23.

חצר σαλπίζειν, buccinare.

חצצרה σάλπιγξ, tuba, buccina.

חציר χόρτος, fœnum, *Omnes. Aq.* πράσον, porrum. *Hesai.* 40. 7. *S.* χλωρὸν, viride.

חקה imprimere, circumscribere.

תתחקה *Hebr. Int.* περιχαράττεις, circumscribis. *Job* 13. 27.

חקק *A.* ἀκριβάζειν & ἀκριβᾶν, vel ἀκριβοῦν, accurate statuere, stricte præcipere. *Sym.* προστάσσειν, præcipere. חק ἠκριβωμένα, accurate statuta. *Incert. Levit.* 18. 3. *&* 5. חקתי *A.* ἠκρίβωσα. *Hesai.* 49. 16. *ubi Th.* διεχάραξα, exaravi, delineavi. חקקי ἀκριβαζόμενοι, legislatores accurati. *A. Jud.* 5. 8.

Piel, מחקק *Aquila*, ἀκριβαζόμενος, legislator accuratus. *Genes.* 49. 10. *LXX.* ἡγούμενος, Dux. *Item Aq.* ἀκριβαστής. מחקקים *S.* ἐπιτάσσοντες, præcipientes. *Jud.* 5. 14.

Pual, statutum est.

חק *Aq.* ἀκριβασμὸς, *Gen.* 47. 22. *& alibi.* ἀκρίβασμα, *A. Deut.* 6. 17. *&* 20. ἀκρίβεια, accurate statutum. *S.* πρόσταγμα, præceptum. *Exod.* 12. 14. *& alibi*; & διδάξεις. ἐξιχνιασμοὶ, investigationes. חקקי *S. Jud.* 5. 6. *S. etiam*, ἐπιταγὴ, præceptum. *Mich.* 7. 11. *Item S.* ὅρος, terminus. *Job* 14. 5. *& alibi. S.* σύνταξις, constitutio. *Gen.* 47. 22. *Quinta Editio*, διαθήκη, testamentum. *Psalm.* 2. 7. *Incert.* ἐντολὴ, præceptum. *Deut.* 4. 8. *& alibi.*

חקה *Idem. Th.* νόμιμον, legitimum. *Levit.* 23. 41.

חקקים *Idem. A.* διαλογισμοὶ, cogitationes. *Jud.* 5. 15. *S.* ἐξιχνιασμοὶ, investigationes.

חקר *A.* ἐξιχνιάζειν, investigare. *Psalm.* 43. 22. *S.* 1. *Reg.* 20. 12. *Aq. S.* ἐξερευνᾶν, examinare, disquirere. *Vide Lexicon Græcum. Item S.* ἐξετάζειν, examinare. *Job* 32. 11. *& alibi.* אחקר ἐξακριβάσομαι, diligenter perquiram. *Th.* 1. *Reg.* 20. 12. *Item Th.* ἐρευνᾶν, scrutari. *Job* 28. 27.

Niphal, נחקר pervestigatum est.

Piel, scrutari.

חקר *A.* ἐξιχνιασμὸς, investigatio. *Job* 11. 7. *& alibi. Incert.* ἐξεύρεσις, inventio. *Psalm.* 144. 3.

חקרי *A.* ἀκριβολογίαι, accurati sermones, *vel* accuratæ cogitationes. *Jud.* 5. 16.

אין־חקר *A.* ἀνεξερεύνητος, *Prov.* 25. 3. & ἀνεξέταστος, non investigabilis.

מחקרים scrutationes. *S.* κατώτατα, infima. *Ps.* 94. 4

חראי *Vide in* חרר

חרב siccatus fuit, vastatus fuit, desolatus & in solitudinem redactus fuit. תחרב *Aquila, Symmachus, LXX. Theodotio*, ἐρημωθήσεται, desolabitur, devastabitur. *Hesai.* 34. 10. חרבו *Symm.* ἐνέπηξαν, infixerunt. 2. *Reg.* 2. 16. *ubi alii omnes* ו *habent pro affixo, & חרב pro nomine, vertuntque*, gladius ejus.

Niphal, desolari.

Pual, Symmachus, ξηραίνεσθαι, exsiccari. *Judic.* 16. 7.

Hiphil, exsiccare *vel* vastare.

Hophal, vastatum esse.

חרב siccus, vastus, desolatus. *Item*, siccitas, vastitas. *Incer.* καῦμα, æstus. *Job* 30. 30.

חרב *Aquila, Symmachus, Theodotio*, μάχαιρα, gladius. *Exempla vide in Lexico Græco. Th. & alii*, ῥομφαία, framea. *Exempla multa vide in Lexico Græco. Aquila, Theod.* ὅπλα, arma. *Job* 39. 22. *Plur.* חרבות gladii.

חרבה siccitas, vastitas, vastatio, desolatio. *A.* ἀνεξηραμμένος, exsiccatus. *Prov.* 17. 1. *Plural.* חרבות vastitates, desolationes.

חרבונים *A.* ἐρήμωσις, vastitas. *S.* καῦσος, ardor, æstus. *Psalm.* 31. 4.

חרבות *S.* ἐρείπιον, structura. *Aq. LXX. Th. Quinta Edit.* οἰκόπεδον, domicilium. *Psalm.* 101. 7.

חרג *LXX.* χωλαίνειν, claudicare. *Alii*, tremere, horrere.

חרגל *LXX.* ὀφιομάχης. *Alii*, cantharus. *Levit.* 11. 22. *De hujus vocis significatu disputatur apud Thalmudicos.*

חרד *A. S.* ἐκπλήττεσθαι, terrore percelli. 1. *Reg.* 16. 4. *& alibi. Sym.* πτήσσειν, expavescere. *Job* 37. 1. *& alibi. Alii*, terreri, sollicitum esse. *Incert.* ἀγωνιᾶν, in angustiis agere. 1. *Reg.* 4. 13. חרד ἠκολούθησε, *Sym.* 1. 13. 7. *Ubi aliud legisse videtur.*

Hiphil, deterrere, perterrefacere. מחריד ἀποσοβῶν, abigens. *Incert. Deut.* 28. 26. *Th.* ἐκφοβῶν, exterrens. *Jer.* 30. 10.

חרד trepidus. *S.* ἔκθαμβος, attonitus. 1. *Reg.* 4. 13. *Plural.* חרדים trepidi.

חרדה terror. *Plural.* חרדות trepidationes.

חרה *Kal Sym.* ὀργίζεσθαι, irasci *Jud.* 14. 19. *& alibi, Th.* θυμωθῆναι, furore accendi, *sæpe. Vide Jud.* 10. 7. חרו *S.* ἐκτρυχωθήσονται, conterentur, macerabuntur. *Hesai.* 24. 6. *Sed forte melius referatur ad* חרר *Item* חרה לך *A. Sym.* ἐλυπήθης, contristatus es. *Jonæ* 4. 9. ויחר *Sym.* ἐλυπήθη, contristatus est. 1. *Reg.* 15. 11. *Item Alii*, arsit, excanduit. חרה κατεφρύγη, frixa sunt. *Job* 30. 30.

Niphal, נחרו *S.* αὖα γέγονε, arefacta sunt. *LXX.* συνεφρύγησαν, aruerunt *vel* tosta sunt. *Psalm.* 101. 4. *Reducitur etiam ad radicem* חרר *ut & sequens exemplum.* נחרו בי *S.* διεμαχέσαντό μοι, pugnaverunt contra me, *LXX.* ἐμαχέσαντο ἐν ἐμοὶ, pugnaverunt in me. *Alii*, succensi sunt in me. *Cant.* 1. 6. *Vide in* חרר

Hiphil, exardescere, *vel* accendere.

Hithpael, succensere. אל־תתחר *A.* μὴ διαμάχου, ne dimices. *S. Sexta Editio*, μὴ φιλονείκει, ne altercare. *LXX.* μὴ παραζήλου, noli æmulari. *Th.* μὴ παρερεθίζου, ne irriteris. *Quinta Edit.* μὴ ἐρέθιζε, ne inciteris. *Ps.* 36. 1. *Alii*, ne succenseas. מתחרה *A.* ἁμιλλᾶσαι, certas. *LXX.* παροξύνθης, concitatus es. *Jerem.* 22. 15.

חרי æstus.

חרון ὀργὴ, ira, & θυμὸς, furor. חרון *Sym.* ὀλόξηρον, penitus siccum, *quasi ex* חרר *Psalm.* 57. 10.

חרז חרוזים ὁρμίσκοι, torques. *Cant.* 1. 9. *Alii*, lapides boni, *vel*, margaritæ perforatæ.

חרט *LXX.* γραφὶς, stylus scriptorius. *Alii*, cælum, incelte. *Sed* 4. *Reg.* 5. 23. *LXX.* θυλάκιον, sacculus.

חרטם *A. S. LXX. Th.* ἐπαοιδὸς, incantator. *Apud Danielem sæpe, & alibi. A.* κρυφιαστὴς, occultorum interpres. *Gen.* 41. 7. *& alibi. Plural.* חרטמים *Symm.*

μάγοι; magi. *Gen.* 41. 8. *Theodotio*, σοφισαὶ, sophistæ. *Gen.* 41. 24. *in Append.*

חרך adussit, inussit, *Chald.*

Hithpael, adustus est. *LXX.* ἐφλογίσθη, inflammatus est. *Dan.* 3. 28.

חרכים clathri, cancelli. *Cant.* 2. 9. *LXX.* δίκτυα, retia.

חרל חרול *Alii*, urtica, *Alii*, carduus, *LXX.* φρύγανον, sarmentum. *Job* 30. 7.

חרם החרים ἀναθεματίζειν, anathematizare, *Omnes. Exempla vide in Lexico Græco in voce* ἀναθεματίζω. ἐξολοθρεύειν, perdere. *S.* 1. *Reg.* 15. 8. *Item*, devovere, disperdere, delere.

Hophal, anathematizari.

חרם ἀνάθεμα, anathema, *Omnes.*

חרמה ἐξολόθρευσις, exterminatio. *Incert. Jud.* 1. 17. *Item*, res devota, perniciei tradita. *Item Aquila, S. Theodotio*, ἀνάθημα, consecratio. *Ezech.* 44. 29.

חרום curtus membris. *Levit.* 21. 18. *Aliqui*, simus.

חרמש falx messorum. *Deut.* 16. 9. *LXX.* δρέπανον, falx.

חרס *Symm. LXX.* ἥλιος, sol. *Hesai.* 19. 18.

חרס ἐλεφαντίασις, *morbus* elephantiasis *dictus. Sym. Deut.* 28. 27. *in Appendice. LXX.* κνήφη, prurigo.

חרסית solaris. *Sed A. S. Th.* Harsith, *exprimunt, quod non intelligant vocis significationem. LXX.* Θαρσὶς, Tharsis. *Jerem.* 19. 2.

חרף exprobrare, probris afficere.

Niphal, despectus est, probro affectus est.

Piel, *A. S. Th.* ὀνειδίζειν, exprobrare. *Psal.* 41. 11. & 88. 52. *S.* προπηλακίζειν, exprobrare, probris afficere. *Psal.* 54. 13. *Th.* βλασφημεῖν, blasphemare. *Prov.* 14. 13. *ubi alii* חרף *pro verbo habent. Incert.* ἐξευτελίζειν, vilipendere. 1. *Reg.* 17. 10.

חרפה *A. S.* ὄνειδος, *Ps.* 58. 9. & *Ps.* 68. 11. *A. Th.* ὀνειδισμὸς, opprobrium, exprobratio, *Job* 19. 5. & *alibi*. probrum, opprobrium. *S.* προπηλακισμὸς, opprobrium. *Psal.* 43. 14. *Item S.* ἐπονείδιστος, exprobrabilis. *Psal.* 38. 9. *Plural.* חרפות opprobria.

חרף hyems. *Sed LXX. sæpius* ἔαρ, ver. *S.* νεότης, juventus. *Job* 29. 4. *Metaphorice pro vere. A. S. Th.* χειμερινὸς, hyemalis. *Amos* 3. 15. *Sym.* ψῦχος, frigus. *Prov.* 20. 4.

חרץ movit, motus est, concîdit, excîdit, statuit, decrevit. תחרץ *S.* συντεμεῖς, concîdes. 2. *Reg.* 5. 24. *ubi LXX.* καταβήσῃ, descendes. *Alii*, exacues te. *Incert.* concîdit. *Prov.* 21. 5. יחרץ ἀποφθέγξεται, vociferabitur. *Incert. Exod.* 11. 7. *ubi ali*, movebit.

Niphal, præcîdi. נחרצה *A.* συντομὴ, concisio. *Hes.* 28. 22.

חרוץ excisus, strenuus. *Alii*, tribula. *A.* συντέμνων, concîdens. *Prov.* 12. 24. *ubi Th.* ἀνδρεῖος, virilis. *Plural.* חרוצים seduli, strenui.

חרוץ χρυσίον, aurum. *A. S. Prov.* 8. 19. *Item*, concisio. *A. S. Quinta Edit. Joel.* 3. 14. *S. item*, πλούσιος, dives. *Prov.* 12. 24.

חרצות *S.* τροχοὶ, rotæ. *Amos* 1. 3. *ubi LXX.* πρίονες, serræ.

חריצים tribulæ. *Alii*, casei. *LXX.* τρυφαλίδες, *quam vocem vertunt*, casei.

חרצין *Chald.* lumbi.

חרצב חרצבות *A.* δυσπάθειαι, ægritudines; *Alii*, nexus, vincula, colligationes. *Psalm.* 72. 4.

אין חרצבות *Symmac.* οὐκ ἐνεθυμοῦντο, non cogitabant. *Ibidem.*

חרצן חרצנים nuclei acinorum. *Num.* 6. 4. *ubi LXX.* στέμφυλα, *vertunt*, *quod est* acini.

חרק *Symm.* βρύχει, stridet. *Psalm.* 36. 12. *Alii*, frendet, stridet. חרק *S.* ἔπριον, serrabant. *Psalm.* 34. 16. *id est*, dentibus in modum serræ positis stridebant. *Drusius suspicatur legendum* ἐπήχιουν, *pro* ἔπριον, *id est*, exacerbabant; *sed Editio Romana, Agellius, & Colbertinus unus*, ἔπριον *habent*, *nullusque variat*, *nec video cur lectio tot asserta testimoniis mutanda sit.*

חרר חרה κατεφρύγη, tosta sunt, adusta sunt, frixa sunt. *Incert. Job* 30. 30. *Alii referunt ad* חרה. חרו *S.* ἐκτρυχωθήσονται, conterentur. *Hesai.* 24. 6.

Niphal, נחרו *Aquila*, ἐψαθυρώθη, aruerunt. *Symm.* αὖα γέγονεν, arefacta sunt. *Psalm.* 101. 4.

Piel, חרחר *Aquila*, *Theod.* ἀναξᾶναι, eradere. *Proverb.* 26. 21. *ubi LXX. quasi nomen esset*, *vertunt*, ταραχὴ, turbatio.

חרחר adustio, inflammatio. *A.* περιφλευσμὸς, adustio. *Symm.* περιφλογισμὸς, *Deuter.* 28. 22. *LXX.* ἐρεθισμὸς, irritatio.

חררים siccitates. *Jerem.* 17. 6. *LXX.* salsugines.

חרי ἐλεύθεροι, liberi. *Th. Jerem.* 39. 6.

חורים חרים liberi, nobiles, illustres.

חר foramen, caverna.

מחרות latrinæ.

חריונים excrementa columbarum.

חראי *in regimine Aq. S. Th.* κόπρος, stercus. *Hesai.* 36. 12.

מחראות *Incert.* κοπρὼν, sterc oratium. 4. *Reg.* 10. 27.

חרש ἀροτριᾷν, arare, *Omnes. Exempla vide in Lex. Græc. & metaphorice*, ἐγκολάπτειν, cælare. החרושה ἐγκεκολαμμένη, insculpta. *Inc. Jer.* 17. 1. *ubi LXX.* γεγλυμμένη, sculpta. *Item metaphorice*, exarare, insculpere, fabricari. חרש silere, tacere, obsurdescere. אל־תחרש *Aq. & Hieronymus*, μὴ κωφεύσῃς, ne obsurdescas, *S.* μὴ σιγήσῃς, ne sileas. *Psalm.* 27. 1. *S.* μὴ ἡσυχάσῃς, ne quiescas. *Item*, *S.* μὴ παρακούσῃς, ne inauditum prætereas. *Psalm.* 38. 13. חרשי *A. S. Th.* τεκταινόντων, fabricantium. *Prov.* 12. 20.

Niphal, arari, *de agro dicitur.*

Hiphil, obsurdescere, silere, tacere. החרישו *Aq.* κωφεύσατε, surdæ estote, *vel melius*, mutæ estote, *Th.* σιγήσατε, tacete, *S.* δουλεύσατε, servite, *LXX. legerunt haud dubie* החדישו *qui vertunt* ἐγκαινίζεσθε, innovamini. *Hesai.* 41. 1. מחריש *A. S.* κωφεύων, tacens *vel* mutus. *Prov.* 17. 28. *ubi nescio quid legerint LXX. qui vertunt*, ἐπερωτήσαντι σοφίαν, interroganti sapientiam.

Hithpael, התחרשתי *S.* ἀπεσιώπησα, tacui. *Ps.* 31. 3. ויתחרשו *A.* παρεσιώπων, tacebant. *Jud.* 16. 2. *ubi S.* ἡσύχαζον, quiescebant. *LXX.* ἐκώφευσαν, mutiverunt.

חרש *A.* τεχνίτης, artifex. *Osee* 8. 6. *S. Th.* τέκτων, faber. *Job* 41. 21.

חרש ὄστρακον, testa. *A. Job* 41. 22.

חרשת ὀστράκινος, testaceus. *Aquila*, *Sym. Hesai.* 16. 7. & *alibi.*

חרש *Symm.* κωφὸς, surdus. *Psalm.* 57. 6. & *alibi.*

חרש κρυφῇ. *Alius*, κρυφῆ, clam. *Jos.* 2. 1.

חריש aratio.

חורש sylva, saltus.

חורש ἀλοητὸς, trituratio. *Incert. Amos* 9. 13.

חרישית silens.

חרשת artificium, fabrefactura. *A.* δρυμὸς, quercetum, sylva. 1. *Reg.* 23. 18. & *alibi*, & *S.* 1. *Reg.* 23. 15. *Item*, *A.* ὕλη, sylva.

מחרשה *A.* ἄροτρον, aratrum. 1. *Reg.* 13. 21. *Alii*, rutrum, & sarculum.

מחרשת *Sym.* ὕννις, vomer. *Th. & Incert.* βούκεντρον, stimulus boum. *S.* δίκελλα, bidens. 1. *Reg.* 13. 20. *A.* τριόδους, tridens. 1. *Reg.* 13. 20.

חרש *cum puncto sinistro*, testa, *vel* vas testaceum.

חרת exaravit, sculpsit. *Exod.* 32. 15.

חשב cogitavit, existimavit, putavit, reputavit. *Aq.* λογίζεσθαι, cogitare, reputare. *Hesai.* 13. 17. *Aq. Th. Job* 41. 20. *Symm. Psalm.* 20. 12. *Aquila*, *S. Quinta Edit. Psalm.* 34. 20.

Niphal, reputari, æstimari, annumerari. נחשבו *Aquila*, *Symmachus*, *LXX. Theodotio*, ἐλογίσθησαν, reputatæ sunt. *Hesai.* 40. 17.

Piel, cogitare, reputare, supputare. חשבתי *Symmachus*, ἀνελογιζόμην, mecum reputabam, *Psalm.* 76. 6. וחשב *Aquila*, & supputabit. *Theodotio*, & tractabit. *Levit.* 25. 50. ex *Hesychio*. חשבת *Aquila*, *qui legit* חִשַּׁבְתָּ *vertit* διελογίσω, reputasti: *Alii*, cessare fecisti. *Psalm.* 118. 119.

Hithpael, annumerari, annumerare se.

חשב cogitans, *sive*, artifex.

מעשה חשב *Aquila*, *Symmachus*, βροχωτὸν, opus laqueatum. *Exod.* 28. 15. *S.* μηχάνωμα, structura arte facta. *Levit.* 8. 7. *Incert.* συνυφὴ, contextura. *Exod.* 28. 27. *Aq.* διάζωσμα, cinctura. *S.* μηχάνωμα, artificium. *Levit.* 8. 7. *in Appendice.*

חשבון *A. S. Th.* λογισμὸς, cogitatio. *Eccles.* 7. 26. *A.* ἐπιλογισμὸς, cogitatio. *Cant.* 7. 4.

חשבונות *Idem.*

מחשבה *Idem. S.* διαλογισμὸς, cogitatio. *Psal.* 39. 6. *Item S.* ἐνθύμησις, cogitatio. *Job* 21. 27.

חשה siluit, tacuit, mutus fuit.

Hiphil, *Sym.* σιωπᾶν, silere. *Psalm.* 38. 3. מחשים *S.* ἀμελεῖτε, negligitis. *Jud.* 18. 9.

חשח *Chald.* opus habuit.

השחות *Chald.* necessarium. *Esdræ* 7. 20.

חשך obscurus, tenebrosus fuit, obtenebratus fuit.

Hiphil, obtenebravit, tenebras adduxit.

חשך σκότος, tenebræ, *Omnes. Gen.* 1. 1. & *alibi. S.* ἀχλὺς, caligo. *Job* 3. 5. *S.* γνόφος, caligo. *Exod.* 20. 22. *Item A.* νέφωσις, obnubilatio. *Job* 3. 5. *Th.* συννεφία, nubium coactio. *Job* 3. 5. חשך *A. S.* φειδόμενος, parcens, *forte referatur ad* חוש *Prov.* 11. 25. מחשיך *A. S.* σκοτεινὸς, tenebrosus. *Vide Lexicon Græcum.*

חשכים *Th.* σκοτεινοὶ, tenebrosi. *Prov.* 22. 29.

חשכה tenebræ. *Plural.* חשכים tenebræ.

מחשך tenebræ, tenebrosus locus. *S.* σκοτασμὸς, obtenebratio. *Psal.* 87. 19. במחשכים *A. S.* ἐν σκοτεινοῖς, in tenebrosis. *Psalm.* 87. 7.

חשך *cum puncto sinistro* יחשך *S.* ἐνδώσει, minuetur. *Job* 16. 6. *Alii*, cohibebit. חשך *S.* ἐξείλατο, eruit. 1. *Reg.* 25. 39. *Item A. S.* συντηρεῖν, conservare, custodire. *Psalm.* 18. 14. *Alii*, cohibere, subtrahere.

Niphal, יחשך *A.* ὑπεξαιρεθήσεται, eruetur, *S.* συντηρεῖται, conservatur, *LXX.* κουφίζεται, sublimatur, *vel* levis efficitur, *Alii*, prohibebitur. *Vulgata*, servatur, *ut Symmachus. Job* 21. 30.

חשל *Chald.* debilitavit, comminuit. *LXX.* δαμάζειν, domare.

Niphal, debilitate affici, *vel*, affectum esse.

חשמל *Hebr. Interpr.* Ιρις, Iris. *Ezech.* 1. 5. *Aq. S.* כעין החשמלה ὡς ὅρασις φέγγουσα, quasi visio splendens. *Alii*, pruna. *LXX. Th.* ἤλεκτρον, electrum. *Ezechiel.* 8. 2.

חשמן חשמנים *LXX.* πρέσβεις, legati, oratores. *Alii*, magnates, primates. *Psalm.* 67. 32. *ubi S.* ἐκφάναντες, patefacientes.

חשן *A. S. LXX. Th.* λόγιον, *sive* λογεῖον, rationale. *Exod.* 25. 7. & *alibi. Th. semel*, ποδήρης, talaris vestis. *Exod.* 25. 7. *S.* δοχεῖον, receptaculum. *Levit.* 8. 8. *in Append. Alii*, pectorale.

חשף *A. cum puncto sinistro*, *LXX.* ἀνασύρειν, haurire. *Alii in LXX. interpretantur*, denudare. *Hes.* 30. 14. *S. Th.* ἀπεκάλυψεν, revelavit. *Hesai.* 52. 10. *Alii*, nudauit, denudavit. *Metaphorice*, hausit, exhausit, depromsit. *LXX. modo*, καλύπτειν, operire, & ἀποκαλύπτειν, retegere, *modo*, ἐξερευνᾶν, scrutari, *modo*, ἐξαντλᾶν, exhaurire.

חשיפים greges.

מחשף denudatio. *Gen.* 30. 38. *ubi LXX.* λεπύρων, detrahens *vertunt.*

חשק amavit, desideravit. *A.* προσεκολλήθη, agglutinatus est. *Deut.* 7. 7. *in Appendice*

Piel, cinxit. *LXX.* κατεκόσμησεν, ornavit. *Deuter.* 38. 29.

Pual, cinctus est.

חשק desiderium.

חשוקים fasciæ. *LXX.* ψαλίδες, forcipes. *Exod.* 27. 10.

חשקים orbes rotarum, *sive* canthi, exterior rotæ cinctura.

חשר חשרים radii rotarum.

חשרה colligatio. 2. *Reg.* 22. 12. *ubi LXX. pro verbo habent*, *vertuntque*, ἐπάχυνεν, densæ fuerunt *tenebræ.*

חשש quisquiliæ, gluma. *Hesai.* 5. 24. *ubi LXX. pro verbo habent*, & *interpretantur*, συγκαυθήσεται, comburetur.

חתה *Aquila*, *Symmachus*, *Theodotio*, ὑποτύψει, accendet. *Proverb.* 6. 27. *ubi LXX.* ἀποδήσει, alligabit. *Alii*, cepit, accepit.

מחתה πυρεῖον, focus. *Sic LXX. passim. Item*, thuribulum, acerra. *Plur.* מחתת *Reliqui*, πυρεῖα, acerræ. *Exod.* 25. 28. *in Append.* מחתת θυμιατήριον, thuribulum. *Incert. Levit.* 10. 1. *in Appendice.*

חתך concidere, incidere.

Niphal, נחתך decisum est, concisum est. *LXX.* συνετμήθησαν, concisæ sunt *hebdomades. Dan.* 9. 24.

חתל fasciis involvit. חתלתו *LXX.* αὐτῷ ἐσπαργάνωσα, fasciis eam involvi. *Job* 38. 9. *ubi alii hic* חתלה *quasi nomen*, fascia, *vertunt.*

התחל לא חתלת *Infinit. Hophal* & *præterit. Pual. LXX.* ἐν σπαργάνοις οὐκ ἐσπαργανώθης, fasciis non alligata fuisti. *Ezech.* 16. 4.

חתול fascia. *LXX.* μάλαγμα, *id est* emplastrum, *seu* remedium ad leniendum & emolliendum. *Ezechiel.* 30. 21.

חתם *LXX.* σφραγίζειν, obsignare, signare, *passim. S.* ἐπισωρεύειν, accumulare. *Job* 14. 17. *ubi LXX.* σφραγίζειν, obsignare *interpretantur.*

Niphal, obsignatus fuit.

Piel, חתמו *Symm.* ὡς ἐν σφραγῖδι κρύψουσιν, quasi sub sigillo abscondent. *Job* 24. 17.

Hiphil, obstruxit. החתים *Symmachus*, συμπήγνυται, circumconcretus est. *Symmac. Levit.* 15. 3. *ubi LXX.* συνέστηκε, constat, *vel* constitit, *Aquila*, ἐσφραγίσθη, obsignatus est, *Theod.* ἐσφράγισται, *vel ut in Coisliniano Codice forte melius legitur* ἐσφράγικεν, obsignavit. *Alii*, obstruxit.

חתם חתמת σφραγὶς, sigillum, *Omnes. Vide in Lexico Græco.*

חתן התחתן affinitatem contrahere, desponsare, affinitate jungere se. *Aq.* νυμφεύειν, desponsare. 1. *Reg.* 18. 22. *Th.* ἐπιγαμβρεύειν, generum fieri. *Ibidem.*

חתן *Aq. S. Th.* νυμφίος, sponsus. *Exod.* 4. 26. *Aq.* νυμφευτὴς, pronubus. *Exod.* 3. 1. & 18. 1. & 5. *Item*, *S.* πενθερὸς, socer *sæpe. Item*, γαμβρὸς, gener, *Incert. Jud.* 15. 6. & *alibi. Plural.* חתנים generi.

חתנת πενθερὰ, socrus. *Incert. Deut.* 27. 23. *Aquila*, νύμφη, sponsa. *Deut.* 27. 23. *in Appendice.*

חתנת *LXX.* νύμφευσις, desponsatio. *Cant.* 3. 11.

חתף *Symm.* ἀναρπάζειν, rapere. *Job* 9. 12. *ubi LXX.* ἀπαλλάττειν, abalienare. *Alii*, rapere, abripere.

חתף rapina.

חתר *A.* ὀρύσσειν. *Ezech.* 8. 8. *Th.* διορύσσειν, effodere. *Job* 24. 15. *Sic etiam LXX. sed semel*, *Jonæ* 1. 13. παραβιάζεσθαι, cum impetu conari. *Alii item*, fodere, perfodere, foramen facere, & *metaphorice in illo Jonæ loco*, sulcare, remigare.

מחתרת διόρυγμα, effossio.

חתת πτοηθῆναι, terreri. *Th. Job* 32. 15. & *Incert. Jos.* 1. 9. *sed hoc exemplum ponunt in Niphal. Item Alii*, frangi, atteri, consternari. וחתו *Tres Interpretes*, καὶ ἡττᾶσθε, & superemini. *Hesai.* 8. 9. & *alibi.*

Niphal,

Niphal, *Symmachus*, נחתו καθίκεΊαί με, attingunt me. *Psal.* 37. 3. *ubi LXX.* ἐνεπάγησάν μοι, infixæ sunt mihi. תחת *Sym.* ὑπενδῷς, cedas. *Ezech.* 3. 9.

Hiphil, יחיתן *Aquila*, καταπτήξει, deterrebit, percellet. *Habac.* 2. 17. יחתום *Aquila*, πλήξει αὐτοὺς, percellet, *sive*, percutiet eos. *Job* 33. 16. ם *scilicet finale habuit pro affixo, ut & LXX. qui vertunt αὐτοὺς ἐξεφόβησε*, ipsos exterruit. *Alii* ם *pro radicali habent, interpretanturque*, & obsignabit.

חת terror, tremor.

חתה tremor, timor, consternatio.

חתת *Aquila*, πλῆξις, percussio. *Prov.* 17. 10. *Item* terror, consternatio.

חתית consternatio.

מחתה *Theod.* αἰσχύνη, turpitudo. *Prov.* 13. 3. *S. Th.* δειλία, timor. *Prov.* 21. 15. συντριβὴ, contritio. *Proverb.* 10. 28. *Aquila*, *Symmachus*, *Theod.* πτῆξις, consternatio. *Prov.* 18. 7.

חתחתים contritiones, *vel* terrores. *Eccles.* 12. 5.

ט

טאב *Vide infra in* טוב

טאט טאטא everrit.

טאטא everriculum, scopæ, *vel* expurgatio.

טבח *LXX.* σφάζειν, jugulare, mactare. *Item*, θύειν, mactare. *Item*, coquere.

טבח coquus. רב טבחים *Th.* ἀρχιμάγειρος, princeps coquorum, *vel* satellitum. *Jerem.* 39. 9. שר טבחים *Idem*, טבחות *LXX.* μαγείρισσαι, coquæ. 1. *Reg.* 8. 13.

טבח mactatio, jugulatio.

מטבח *Idem.*

מטבח *Symmachus*, σφαγὴ, mactatio. *Hesai.* 53. 7.

טבל *Aq.* βαπτίζειν, tingere, *vel* demergere. *Job* 9. 31. *LXX.* βάπτειν, tingere, & *semel*, μολύνειν, polluere.

Niphal, intingi.

טבול βαπτὸς, tinctus. *LXX.* & *Incert. Ezech.* 23. 15.

טבע *Sym.* βαπτίζεσθαι, demergi. *S. Psalm.* 68. 3. *ubi LXX.* ἐμπήγνυσθαι, infigi.

Pual, καταποντίζεσθαι, submergi. *Exod.* 15. 4.

Hophal, figi, constitui.

טבעת δακτύλιος, annulus. *Incert. Exod.* 28. 23. *Alius*, κράσπεδος, fimbria. *In Exodo sæpe. Plural.* טבעות annuli.

טבר טבור *LXX.* ὀμφαλὸς, umbilicus. *Jud.* 9. 37. *Metaphorice*, editus & excelsus locus.

טבת Tebeth, *nomen mensis decimi*, *qui* decembri *respondet. Esther.* 2. 16.

טהר *LXX.* καθαρίζεσθαι, mundum esse, mundari.

Piel, mundare. *Item LXX.* ἁγνίζειν, purificare, consecrare.

Hithpael, mundare se.

טהור καθαρὸς, mundus, purus, *Omnes passim. Sym.* ἁγνὸς, castus. *Prov.* 15. 27. & 22. 11. *Item LXX. aliquando*, ἅγιος, sanctus, δίκαιος, justus, δόκιμος, probatus. *Plural.* טהורים mundi. *Fœminin.* טהורה munda, pura. *Plural.* טהרות mundæ, puræ.

טהר טהרה מטהר mundities, puritas, purgatio.

טוב bonum esse, bene habere. *S.* ἀρέσκειν, placere. *Eccles.* 2. 26. *Chaldaice* טאב bonum esse, *mutato* ו *in* א, *more Chaldaico.*

Hiphil, *Aq. S.* ἀγαθύνειν, bene facere. אם־תיטיב *S.* ἐὰν ἀγαθύνῃς. *Th.* ἂν ἀγαθῶς ποιῇς, si bene feceris. *Gen.* 4. 7. *Alius*, ἀγαθοποιεῖν, bene facere. *Jud.* 17. 13. ייטב *S.* εὐεργετηθήσεται, beneficio adficietur. 1. *Reg.* 2. 32. *S.* εὐφραγῆσαι, bene facere, להיטיב *Psalm.* 35. 4.

טוב ἀγαθὸς, & καλὸς, bonus, *Omnes passim. Item*, ἀρεστὸς, placens, placitus. *S. sæpe. Item A. S.* κάλλος, pulcritudo. *Osee* 10. 11. *S.* σύμφορον, utile. *Eccles.* 2. 3. *S.* טוב *non raro exprimit per verbum* συμφέρω. *Plur. Masc.* טובים boni, & טובות bonæ.

טובה ἀγαθωσύνη, bonitas. *A. Psal.* 15. 2. & *Omnes passim.*

טוה νήθειν, nere.

מטוה netum. *LXX.* νενησμένα.

טוח *LXX.* ἀλείφειν, linire, obducere.

Niphal, liniri, obduci.

טוח tectorium. *Ezech.* 13. 12. *ubi LXX.* ἀλειφὴ, litura.

טחות præcordia, renes. *Job* 38. 36.

טול הטיל jecit, ejecit, projecit. *LXX.* καταβάλλειν, dejicere, ἐκτρίβειν, conterere.

טלטל *duplicans Piel*, transtulit, deportavit. *LXX.* ἦρε, ἐπῆρε, sustulit, & ἐκβάλλει, ejicit.

טור *LXX.* στίχος, ordo, series. *Plurale*, טורים τάγματα, ordines, *Reliqui*, *Exod.* 28. 17. *in Appendice.* טירות *Aquila*, στιβάδες, stibades, ordines, *Symmac.* περιφράγματα, septa, munimenta. *Ezech.* 46. 23.

טור *Chald.* mons, *dicitur* & טורא

טוש *Symmachus*, ἱπτάμενος, volans. *Job* 9. 6. *LXX.* πετόμενος, *Idem. Alii etiam*, volare, involare.

טות *Chald.* jejunus, incœnatus.

טחה *Piel*, jaculari. *LXX.* βολὴ, jactus. *Gen.* 21. 16.

טחן ἀλέσαι, molere. *Incer. Job* 31. 10. & *LXX. sæpe.*

טחנה טחנות μύλοι, molares dentes. *Symmach. Eccles.* 12. 3.

טחר טחרים *LXX.* ἕδρα, nates, anus. *Alii*, mariscæ, hæmorrhoides.

טטף טוטפות *Aquila*, ἀτίνακτα, immota, *lectio dubia*, *Symmach. Theodotio*, ἀσάλευτον, inconcussum. *Exod.* 13. 16. *Alii*, frontalia. *Item Symm.* διεσταλμένα, divisa. *Deut.* 6. 8. *Sed vox* διεσταλμένα *non vacat suspicione mendi.*

טיט πηλὸς, lutum, cœnum, *Omnes. Hesai.* 57. 20. *LXX. semel*, βόρβορος, cœnum.

הטיל *Vide supra in* טול

טין *Chald.* lutum, cœnum. *Dicitur etiam* טינא

טיר טירה palatium, castellum. *S.* περίφραγμα, circumvallatio. *Ezech.* 46. 23. *Aquila*, στιβὰς, stibas, ordo. *Vide Ezech.* 46. 23. *Vide supra in* טור

טלא טלוא *Incert.* ποικίλον, varium, maculosum. *Gen.* 30. 32. *Incert.* ψάρον, nigris maculis. *Plurale*, *masculinum*, טלאים maculis respersi. *Plural. fœminin.* טלאת maculis respersæ. *Alii*, maculis latis respersæ & distinctæ.

מטלאת *Incert.* ἐπιβλήματα ἔχοντα, assumenta habentia. *Jos.* 9. 5. *LXX.* καταπεπελματωμένα, *quod idem est.*

טלאות *Symmachus*, multicoloria. *LXX.* ῥαπτὰ, consuta. *Ezech.* 16. 16. *A. Th.* ἐμβολίσματα, embolismata, *vel* assumenta. *Ibid.*

טלה agnus. *Plural.* טלאים *A.* ἀρνία, agni, agnelli. *Hesai.* 40. 11.

טלל *Piel*, tegere, obumbrare. *LXX.* στεγάζειν, tegere, & *alibi*, πλήθειν, complere.

טללה contectio, integumentum. *Al.* migratio, vagatio.

טל δρόσος, ros, *Omnes. Exempla vide in Lex. Græc.*

טמא μιαίνεσθαι, pollui, impurum esse.
Niphal, pollutum fieri.
Piel, μιαίνειν, polluere. *Job* 14. 4. & *alibi*. *Aq. S.* μολύνειν, polluere, immundum reddere. 4. *Reg.* 23. 10.
Pual, immundum fieri.
Hithpael, polluere se.
טמא *Aquila*, ἀκάθαρτος, impurus. *Job* 22. 19. & *S. Hesai.* 6. 5. *Symmac.* βέβηλος, prophanus. *Jos.* 22. 19. *Plural.* טמאים *neutrum*, immunda.
טמאה ἀκαθαρσία, immunditiès, impuritas. *Incert. Jud.* 13. 7. *Orig. Thren.* 1. 9. *A. S.* μιασμὸς, pollutio. *Vide Lexicon Græcum. Theod.* ἄφεδρον, menstruum. 2. *Reg.* 11. 4.

טמן *Sym.* κρύπτειν, abscondere. *Psal.* 63. 6. *Item. A. Deut.* 33. 19. *in Append. Aquila*, *Theod.* ἀποκρύπτειν, abscondere. *Job* 20. 26. *Sym.* κρύψαι, & καταχρύπτειν. *Psalm.* 34. 7. טמן *Sym.* κατάχωσον, obrue. *Job* 40. 8.
Niphal, abscondere se.
Hiphil, abscondere, occultare.
טמון absconditus.
שפני טמוני ἀποθέτους κεκρυμμένους, deposita abscondita. *A. Deut.* 33. 19. *in Append. ubi LXX.* ἐμπόρια, emporia. *Vulgata*, thesauros absconditos.
מטמון *LXX.* θησαυρὸς, thesaurus. *Plural*, מטמנים thesauri.
מטמנים *Sym. Th.* τὰ ἀπόκρυφα, arcana, abscondita. *Prov.* 2. 4.

טנא *LXX.* κάρταλλος, cartallus, & ἀποθήκη, horreum. *Alii*, cophinus, corbis. *A.* ἀγγεῖον, vas. *Deut.* 26. 2.

טנף *Piel*, μολύνειν, inquinare. *LXX. Cant.* 5. 4.

טעה errare.
Hiphil, *LXX.* πλανᾷν, in errorem inducere, decipere. *Ezech.* 13. 10.

טעם γεύεσθαι, gustare. *LXX.*
טעם *A.* γεῦμα, gustus. *Sym.* τρόπος, modus, mores. *LXX.* τὸ πρόσωπον, facies. *Psalm.* 33. 1. *Symm.* ἐπιστήμη, scientia. Job 12. 20. *A.* γνώμη, sententia. 1. *Reg.* 25. 33. *ubi LXX.* τρόπος, modus. *Alii*, gustus, sapor: *metaphorice*, ratio, consilium, judicium, sententia.
מטעמתיו *Aq. S.* ἐδέσματα αὐτοῦ, cibi ejus. *LXX.* βρώματα. *Prov.* 23. 6. *Alii*, cupediæ.

טען onerare, γεμίζειν, *LXX. Item*, transfigere, confodere. *LXX.* ἐκκεντεῖν, confodere.

טפח *S.* σπιθαμὴ, palmus. *Psalm.* 38. 6. *Aq.* πῆχμα, cubitalis mensura. *Ezech.* 43. 13. *Aliis est*, palmus, *sive mensura quatuor digitorum conjunctorum.*
טפח *Piel LXX.* ἐπικρατεῖν, invalescere. *Alius*, παλαίειν, palmis certare. *Alii*, palmis distendere, educare. *Thren.* 2. 22.
טפחים educationes. *Ibid.*
טפחות *Incert.* παλαιστὰς, palmares. *Psalm.* 38. 6. *Item*, ἀπαρτίσματα, summitates. *Sym.* 3. *Reg.* 7. 9. *A.* παλαιστώματα, palmares longitudines. 3. *Reg.* 7. 9.
מטפחת ventrale. *Alii*, peplum. *LXX.* περίζωμα, cingulum, *alibi*, ἐπιβλήματα, assumenta.

טפל concinnare, conjungere, applicare. *LXX.* ἐπισημαίνειν, annotare: *alibi* πληθύνειν, multiplicare.
טפלי *S.* προσέθεσθε, adjungimini. *LXX.* ἰατροὶ, medici. *Job* 13. 4.

טפסר *LXX.* βελόστασις, machina bellica, emittendis telis. *Jer.* 51. 27. σύμμικτος, promiscua turba. *Nahum.* 3. 17. *Alii*, imperator, dux, princeps.

טפף טף παιδίον, puer, *vel* παιδία, pueri. *A. Exempla vide in Lexico Græco. Aq. S.* ὄχλος, turba, *non semel. Gen.* 47. 12. *in Append. & Symm. Exod.* 10. 10. *Item S.* φορτίον, sarcina. *Jos.* 1. 14.
טפף parvulum incessu agere, *sive*, parvulorum more incedere. *Hesai.* 3. 16.

טפר *Chald.* unguis.

טפש *Aquila*, ἐλιπάνθη, impinguatum est, *LXX.* ἐτυρώθη, coagulatum est, *Alius*, ἐσκληρύνθη, obduratum est, *Alius*, ἀπελιθώθη, in lapidem versum est. *S.* ἐμυαλώθη, medullatum est. *Psalm.* 118. 70. *Alii*, obesatum est, pinguefactum est.

טרד perseverare, assiduum esse. *LXX.* κατασπεύδειν, accelerare. *Alibi*, ἐκβάλλειν, ejicere. *Apud Danielem Th. semper* ἐκδιώκειν, expellere, ejicere.
טרד *Aquila*, συνεχὴς, continuus, subitus. *S.* κατασπεύδων, celer, repentinus. *Prov.* 19. 13. *ubi LXX.* οὐχ ἁγνὸς, non castus.

טרה humidum, humens, *non est in usu.*
טריה *S.* κρῦσμα, *vel* τραῦμα, percussio *aut* vulnus. *Hesai.* 1. 6. *ubi LXX.* φλεγμαίνουσα, tumens plaga. *Alii*, humida *vel* purulentia.

טרח laboravit.
Hiphil, יטריח עב *S.* ἐπιβρίσει νεφέλη, onusta erit nubes, *LXX.* καταπλάσσει νεφέλη, format nubes. *Alia lectio*, καταπλήσσει νεφέλη percellit, *vel* deterret nubes. *Alii*, defatigabit nubem. *Job* 37. 11.
טרח *A. Sym. Th.* ἐνόχλησις, molestia, perturbatio. *Hesai.* 1. 14. *ubi LXX.* πλησμονὴ, satietas.

טרם ante, prius, priusquam. *Symm.* οὔπω, nondum. 1. *Reg.* 3. 7. הטרם תדע *Aq.* ἆρα οὔπω οἶδας, an nondum nosti. *Exod.* 10. 7.

טרף *A.* ἁλίσκειν, capere. *S.* θηρεύειν, venari. *Psalm.* 21. 13. *Th.* διαρπάζειν, diripere. *Job* 18. 4. *Alii*, rapere, discerpere.
Niphal, discerpi.
Pual, discerptum esse.
Hiphil, *Sym.* διατάσσειν, constituere cibum. *Alii*, cibare. *Prov.* 30. 8. *Alii*, prædam dare, victui necessaria tribuere.
טרף *Sym.* θηράλωσις, captura ferarum. *A.* ἅλωσις, captura. *Gen.* 49. 9. & *alibi. LXX.* βορὰ, βρῶμα, τροφὴ, esca, cibus, & ἅρπαγμα, raptum.
טרף θήρα, venatio, *Omnes. Exempla vide in Lexico Græco.*
טרפה discerptum, laceratum. *Symm.* θηριόβρωτος, a fera devoratus. *Gen.* 31. 19.

י

יאב voluit, desideravit. *Psal.* 118. 130. *LXX.* ἐπιποθεῖν, desiderare.

יאה convenit, decet, pulcrum est. *Jerem.* 10. 7.

יאל הואיל voluit, acquievit. ויאל *Symm.* ἔσκαζεν, claudicabat. 1. *Reg.* 17. 39. *Alius*, ἐχώλαινε, claudicabat, *LXX.* καὶ ἐκοπίασε, & laboravit, *Ibid. Sed videntur hi Interpretes magis ad seriem respexisse, quam ad verbi significationem. Alii*, & voluit, *Vulg.* & cœpit tentare.
Niphal, stultum esse, stulte agere.

יאר *Aquila*, *Symmach. Theodotio*, ποταμὸς, fluvius. *Exod.* 7. 24. *Symmac. Hesai.* 7. 18. *LXX. item*, ποταμὸς, *passim.* יאר *Aquila*, ῥεῖθρον, fluentum. *Gen.* 7. 24.
יארים *Symmach.* ῥεῖθρα, fluenta. *Job* 28. 10. *S.* διώρυγες, fossæ, canales. *Hesai.* 33. 21.

יאש נואש *A.* ἀπέγνων, desperavi. *Jerem.* 2. 25. *Item*, *A.* desperavimus, *S.* defecimus. *Jerem.* 18. 12. ונואש *Aquila*, ἀπογνώσεται, desperabit. *Symmachus*, ἀπόσχηται, abstineat. 1. *Reg.* 27. 1.
Piel, spe destituere. *Incert.* ἀποκαμεῖν, labori succumbere, *LXX.* ἀποτάξασθαι, renuntiare. *Eccles.* 2. 20.

יאת acquievit, consensit. נאות *LXX.* ὁμοιωθησόμεθα, similes erimus, *Quinta Editio*, εὐνοήσομεν, benevoli erimus, *Alii*, complacebimus. *Gen.* 34. 15. יאתו *S.* πεισθήσονται, morem gerent, *vel*, acquiescent, *LXX.* ὁμοιωθήσονται, similes erunt, *Alii*, complacebunt. *Gen.* 34. 22.

יבב *Piel*, vociferatus est. *Jud.* 5. 28.

יבל הוביל *Theodotio*, ἀναφέρειν, deportare. *Job* 21. 30. *LXX.* ἄγειν, ducere, ἀπάγειν, abducere, ἀποφέρειν, auferre. *Alii*, adferre, adducere, deducere, reducere.

Hophal, adduci, deduci, deductum esse. אובל *A. Th.* ἀπηνέχθην, deportatus sum. *Job* 10. 19. *ubi LXX.* ἀπηλλάγην, translatus sum.

יבול *Symm.* φορά, proventus. *Psalm.* 66. 7. *Incert.* ἐκφόρια, proventus. *Jud.* 6. 4.

יובל fluvius, aquæductus. *Symm.* κερατίνη, tuba cornea. *Jos.* 6. 4.

יבלי *S.* ἀγωγοὶ, aquæductus. *Hesai.* 30. 25.

אובל *Chald. A.* ubal. *S.* palus. *Daniel.* 8. 2.

יובל aries. *A.* ἄφεσις, remissio. *Jos.* 6. 4. & *sic passim LXX.* Jubilæus annus *sæpe.* *Unus semper*, Ιωβὴλ, exprimit. *Levit.* 25. *sæpe*, & *alibi.*

יבלת fluxus. *Alii*, verruca. *Levit.* 22. 22.

יבם *Piel*, fratris defuncti uxorem ducere. ויבמה ἐπιγαμβρεύσει, ducet ut uxorem fratris. *A. Deut.* 25. 5. & 7. *in Append. ubi LXX.* συνοικήσει, cohabitabit.

יבם levir, mariti frater, יבמי ἐπιγαμβρευτής με, qui me in uxorem ducturus est. *A. Deut.* 25. 7.

יבמת uxor fratris, glos. *LXX.* *semel*, σύννυμφος, connurus. *Ruth.* 1. 15.

יבש ξηραίνεσθαι, siccari, arescere, *Omnes.*

Piel, arefacere, exsiccare.

Hiphil, ξηραίνειν, arefacere, siccare. *Sym. Psal.* 73. 15. & *aliquando intransitive*, arescere, exsiccari.

יבש *Aquila*, *S. Theodotio*, ξηρὸς, siccus. *Jos.* 9. 5. & *sic passim LXX.*

יבשה ξηρά, arida, *Omnes. Genes.* 1. 9. & *alibi.* *Aq.* χέρσον, continens. *Exod.* 14. 16. & 21. *ubi LXX.* τὸ ξηρὸν, aridum.

יגב ἀγρὸς, ager, *LXX. Jerem.* 39. 10.

יגב γεωργὸς, agricola. *Jerem.* 52. 13.

יגבים *Th.* ὑδρεύματα, aquationes. *Jerem.* 39. 10. *ubi LXX.* ἀγροὺς, agros.

יגה *Hiphil*, הוגה mœrore affecit, afflixit. הוגה *Sym.* ἀνεκάλεσε, revocavit. *Thren.* 1. 12. *Incert.* ἐπήγαγεν, induxit. *LXX.* ἐταπείνωσεν, humiliavit. *Threnor.* 1. 5. *Alii*, afflixit.

Niphal, mœstum esse.

Piel, mœstitia afficere.

יגון mœror, tristitia. *A. Th.* λύπη, dolor. *Jerem.* 31. 13. *Sym.* μέριμνα, sollicitudo. *Psal.* 12. 3. *S.* ταλαιπωρία, miseria. *Psalm.* 106. 39. *LXX.* λύπη, tristitia, πόνος, ærumna, ὀδύνη, dolor, κόπος, labor, πένθος, luctus, ἔκλυσις, dissolutio, ἀκηδία, tædium.

תוגה *Idem.*

יגע *A.* κοπιᾷν, laborare. *Job* 9. 29. & *passim LXX.* *Item S.* κοπιᾷν. *Hesai.* 43. 22.

Piel, fatigare, laborare facere. תיגענו *Sym.* κοπώσει αὐτοὺς, fatigabit eos. *LXX.* κακώσει αὐτοὺς, affliget eos. *Eccles.* 10. 15.

Hiphil, fatigare.

יגע lassus, defatigatus.

יגיע *Idem. A.* κόπος, defatigatio. *Psal.* 127. 2. *Plur. constructum* יגיעי defessi.

יגעים *Symmac.* κοπώδεις, laboriosi. *Eccles.* 1. 8. *ubi LXX.* ἔγκοποι, laboriosi.

יגר metuit, formidavit.

יגור timens.

יגר *Chald.* cumulus, acervus. *Usurpatur à Labane Gen.* 31. 47.

יד χείρ, manus, *Omnes.* *Item*, ripa, latus, tractus, robur, potestas, spatium. *Symmachus*, *Theodotio*, βραχίων, brachium. *Jud.* 15. 14. *Duale* ידים ambæ manus, & *metaphorice* vires. *Duale constructum* ידי *Plurale fœmininum semper metaphorice sumitur*, & *significat*, fulcra manuum, partes, cardines. ידות *Sym.* κατοχεῖς, retinacula. *Exod.* 26. 17. *LXX.* ἀγκωνίσκοι, cubiti, cubituli, *Alii*, cardines.

ידד jecit, projecit. *Joel.* 3. 2. *Sed hoc exemplum ponunt etiam in radice sequenti.*

ידיד ἀγαπητὸς, dilectus. *A.* μοναχὸς, solitarius, *non semel.* *Psalm.* 24. 16. & *alibi.* *Plural. masc.* ידידים dilecti, *Plur. fœminin.* ידידות dilectæ. ידידת *A.* φιλοφιλίας, amicitiæ. *S. Th.* εἰς ἀγαπητὸν, in dilectum. *Ps.* 44. 1. *S.* μονότης, unitas. *Ps.* 22. 2. & *alibi.*

ידידיה ἀγαπητὸς κυρίῳ. *S. quasi* יה ידיד 2. *Reg.* 12. 25. *A.* Ἰδιδία. *Alii*, amicus Dei, dilectus Dei.

דוד *A.* πατραδελφὸς, patruus. *S. LXX.* ἀγαπητὸς, dilectus, *passim. Congruit cum* ידיד *Vide in* דוד

ידה jecit, projecit. *LXX.* βάλλειν, mittere, jacere.

רצון רצון *Aq. S. Th.* εὐδοκία, beneplacitum, acceptatio, benevolentia, *Cant.* 6. 3. *& alibi sæpissime. Item Sym.* διαλλαγὴ, reconciliatio, *Psal.* 29. 6. *&* 68. 14. *S.* εὐμένεια, benevolentia, *Prover.* 16. 15. *LXX. vero hanc vocem varie exprimunt, nempe* θέλημα & θέλησις, voluntas, εὐδοκία, beneplacitum, χάρις, gratia, ἱλαρὸν, & ἱλαρότης, hilaritas, ἐπιθυμία, concupiscentia. *Sæpissime etiam hanc vocem adjective exprimunt, ubi scilicet hoc series postulare videtur; nimirum* δεκτὸς, acceptabilis, acceptus, *per omnes casus*, ἐπίδεκτος, acceptus, ἀρεστὸς, placitus.

תרצה beneplacitum. כתרצה *A.* κατ' εὐδοκίαν, secundum beneplacitum; *S.* εὐδοκητὴ, beneplacens, accepta; *LXX.* ὡς εὐδοκία, sicut beneplacitum; *Sexta Editio*, ἕως εὐδοκῶ, donec placuerit mihi; *Vulg.* suavis, *Cant.* 6. 3.

רצח occidere. *Dicitur tantum de cæde hominis.* ברצח בעצמותי *Aquila*, ἐν τῷ φονεῦσαί με ἐν ὀστέοις μου, in occidendo me in ossibus meis; *Symmac.* ὡς σφαγὴν διὰ τῶν ὀστέων μου, quasi occisionem per ossa mea; *LXX.* ἐν τῷ καταθλᾶσθαι τὰ ὀστᾶ μου, dum confringuntur ossa mea; *Hieronymus*, dum me interficerent in ossibus meis; *Vulgata*, dum confringuntur ossa mea, *Psal.* 41. 11. *ubi notandum est Symmachum pro* ב *legisse* כ sicut, quasi, *quod frequentissime occurrit; LXX. vero significationem petiisse ex* רצץ confringere. *Participium* הרצח *Incer.* ὁ φονεύσας, qui occidit; *Vulgata*, homicida, *Jos.* 20. 6. *Alibi*, φονευτὴς, homicida.

Niphal, הנרצחה occisa.

Piel participium מרצח occisor, homicida; *nominis vicem habet. Plurale* מרצחים homicidæ.

Pual, תרצחו occidemini. *Verum LXX. transitive accipiunt, Psal.* 41. 11. φονεύετε, interficitis; *Hieronymus item* interficitis, *Psal.* 61. 4.

רצח cædes; *Sym.* σφαγὴ, cædes, *Psal.* 41. 11. *ut supra. Hanc vocem Symmachus, Lexica, & Rabbinizantes, quasi nomen substantivum habent, putantque significare* cædem, *&* occisionem; *Alii*, gladium, *vel* sicam, *quæ ad ossa usque pervadat, ut ex biblico textu arguunt. Aquila autem & Hieronymus quasi infinitivum habent, ut supra videas in Kal, quibus adjungendi LXX. licet ex* רצץ confringere *significationem petant.*

רצע perforare; *LXX.* τρυπᾶν, perforare.

מרצע subula; *LXX.* ὀπήτιον, subula.

רצף stravit. תוכו רצוף *LXX.* ἐντὸς αὐτοῦ λιθόστρωτον, in ipso stratum lapidum. *Sed Quinta Editio vocem* רצוף *quasi verbum habuit; vertit enim*, τὸ μέσον αὐτοῦ ἐψηφολόγησεν, medium ejus tessellavit; *Alii*, stravit, *Cant.* 3. 10. *ubi Hieronymus*, media charitate constravit.

רצפה *A. S. LXX. Th.* ἄνθραξ, carbo, *Hesai.* 6. 6. *Alii Ezech.* 42. 3. pavimentum, *ubi LXX.* περίστυλος, peristylium, porticus. *Alibi LXX.* λιθόστρωτος, lapidibus stratus. *Plurale* רצפים, 3. *Reg.* 19. 6. *ubi legitur* עגת רצפים ἐγκρυφίας ὀλυρίτης subcinericius panis ex olyra; *Vulg.* subcinericius panis, *tantum.*

מרצפת pavimentum; *LXX.* βάσις, basis.

רצץ quassare, conquassare, confringere, conterere, concutere. ותרץ *S.* ἢ κλασθῇ, & diducatur; *LXX.* καὶ συντελεσθῇ, & conteratur; *Vulg.* & recurrat, *Eccles.* 12. 6. *Alii*, & confringitur. *Sunt qui vertendum putent*, & excurrit, *quasi a* רוץ *quam radicem exprimit Vulgata.*

Niphal, dirumpi; *LXX.* θλᾶσθαι, confringi, dirumpi.

Piel, quassare, conquassare, confringere. וירצצו *S.* κατεδυνάστευσαν, oppresserunt, in dura servitute detinuerunt; *LXX.* ἔθλασαν, fregerunt; *Vulg.* vehementer oppressi, *Jud.* 10. 8.

Hithpael, ויתרצצו *A.* συνεθλάσθησαν, confracti sunt, *vel* confringebantur, collidebantur; *Sym.* διεπάλαιον, concertabant: *sic enim legendum, non ut Hier.* διέπλεον, navigabant; *LXX.* ἐσκίρτων, exsultabant, saltabant, exsiliebant, *Gen.* 25. 22. *Vide notam ibi & in Append. ad eundem locum.*

רץ *Symm.* δοκιμὴ, probatio; *Alius*, fragmen, fragmentum. *Plur. constructum* רצי fragmenta, *quod Sym-*

machus habuit pro singulari, & vertit δοκιμὴ, probatio.

רקב putridum esse, putrescere. ירקב *Aquila, Symm.* σαπήσεται, putrescet, *Prov.* 10. 7. *ubi LXX.* σβέννυται, exstinguitur *nomen impiorum: ita ut interpretationes eodem redeant.*

רקב *Symmach.* σηπεδὼν, putredo, ulcus putridum; *Job* 13. 28. *LXX.* ἀσκὸς, uter, *ibid. Sed Vulgata & Alii*, putredo. *LXX. alibi*, σκώληξ, vermis, σὴς, tinea, τρόμος, tremor; & κέντρον, stimulus.

רקבון *idem. Job* 41. 19. *LXX.* σαπρὸν, putridum.

רקד salire, saltare, subsilire; *LXX.* σκιρτᾷν, exsilire, & ὀρχεῖσθαι, saltare.

Piel item saltare. *Particip.* מרקד *LXX.* ὀρχούμενος, saltans, 1. *Paral.* 15. 29. *Fœminin.* מרקדה *LXX.* ἀναβράσσον, fervens *currus, Nahum.* 3. 2.

Hiphil, Aquila, σκιρτᾷν, salire facere, saltare facere; *Symmachus,* ὀρχεῖσθαι ποιεῖν, tripudiare facere; *LXX.* λεπτυνεῖν, comminuere; *Quinta Editio,* σκιρτοποιεῖν, exsilire facere; *Hieronymus,* dispergere, *Ps.* 28. 6.

רקח condire, conficere unguenta, *vel* condimenta; *Symm.* ἀρτύειν, condire. *Vide Lexicon Græcum. Hinc participium* רקח unguentarius; *LXX.* μυρεψὸς, pigmentarius. *Plurale,* רקחים pigmentarii.

Pual, confici, condiri. מרקחים confecta, condita.

Hiphil, conficere, condire.

רוקח *Aq.* μύρον, unguentum & condimentum, *Eccles.* 10. 1. *ubi S.* μυρεψὸς, pigmentarius; *LXX.* ἥδυσμα, condimentum; *Vulg.* unguentum.

רקוח unguentum. *Plurale constructum* רקחי unguenta, condimenta, *Hesai.* 57. 9. *ubi Aquila,* τὰς συνθέσεις, compositiones; *Symm.* τὰ μυρέψια, pigmenta, condimenta; *LXX.* τοὺς μακρὰν ἀπὸ σοῦ, eos qui longe sunt a te; *ac si legerint* רחקיך *transpositis litteris; Theod.* τοὺς μυρεψοὺς, pigmentarios; *Vulg.* unguenta.

מיין הרקח *Sym.* (ἀπὸ) οἴνου ἠρτυμένου, ex vino condito; *LXX.* ἀπὸ οἴνου τοῦ μυρεψικοῦ, de vino unguentarii, *Cant.* 8. 2.

מרקחה *Aquila,* μυρεψητήριον, vas unguentarium. כמרקחה ὡς ἀναβρασσομένην ἀρτυσιν, quasi ebulliens condimentum, *S. Job* 41. 22. *ubi Aquila* μυρεψητήριον, *ut supra supple* ὡς, *ut sit,* quasi vas unguentarium, *vel,* quasi officina unguentaria; *LXX.* ὥσπερ ἐξάλειπτρον, tamquam vas unguentarium; *Vulg.* quasi cum unguenta bulliunt.

רקם acupingere; ποικίλλεσθαι, varietate affici.

Pual, רקמתי *Aq.* ἐποικίλθην, varie compactus sum; *LXX.* ἡ ὑπόστασίς μου, substantia mea; *Hieronymus,* imaginatus sum; *Alii,* artificiose formatus sum, *Ps.* 138. 15. *sumtâ metaphorâ ab acupictoribus ad formationem corporis humani in utero materno.*

רקמה *Aq.* ποικιλία, varietas, *Ezech.* 27. 24. *Alii,* acupictum, opus Phrygionicum; *Vulgata ibidem* polymitorum.

רקמות vestes Phrygionicæ. *Incert.* ποικίλα, varia; *Psal.* 44. 15.

רקע expandere; *item,* plaudere; percutere; *LXX.* στερεοῦν, firmare, & ψοφεῖν, strepere.

Piel, diducere, extendere. וירקעו extenderunt *laminas auri; LXX.* ἐτμήθη, excisæ sunt laminæ auri; *Vulg.* inciditque *bracteas aureas, Exod.* 39. 3.

Pual Participium מרקע ductum *argentum; LXX.* περιβλητὸν, productum *argentum; Th.* ἐλατὸν, ductile; *Vulg. argentum* involutum, *Jerem.* 10. 9.

Hiphil, expandere. תרקיע *Aq.* ἐστερέωσε, firmavit; *LXX.* στερεώσεις, firmabis; *Vulg.* fabricatus es; *Alii,* expandes, *Job* 37. 18.

רקיע *Omnes,* στερέωμα, firmamentum, *Gen.* 1. 6. & *alibi. Vide in Lexico Græco; Alii,* expansum.

רקעים diductiones; *LXX.* περίθεμα, circumpositio.

רקק spuere, despuere. *Item* tenuare, attenuare.

כי ירק *Aquila,* (ἐὰν ἐπιπτύσῃ,) si superspuerit; *LXX.* ἐὰν δὲ προσσιελίσῃ, si autem spuerit, *Lev.* 15. 8. *LXX. alibi,* πτύειν, & ἐμπτύειν, spuere; *semel,* λεαίνειν, lævigare.

Hiphil אריקם extenuabo eos; *LXX.* λεανῶ αὐτοὺς, lævigabo eos; *Vulg.* delebo eos; *Hieronymus,* projiciam eos, *Psalm.* 17. 43. *Alii deducunt ex* ריק

רק sputum; saliva; *LXX.* πτυελὸς, saliva; *alibi,* ἔμπτυσμα, sputum.

רק *Sym.* μόνον, tantum, tantummodo; *Aq.* ἐκτὸς, extra; præter, *Hesai.* 28. 19. *Theod. & Incert.* πλὴν, cæterum. *Vide in Lexico Græco.*

רקה tenuis. *Plurale* רקות tenues, graciles.

רקה *Symmachus,* κρόταφος, tempus, *pars capitis; Th.* γνάθος, maxilla, *Jud.* 4. 21. & *alibi; Symm.* παρειά, gena, *Cant.* 4. 3.

רקיק *Aq.* κολλύρα, collyra, placenta, *Exod.* 29. 2. *Alii,* laganum. *Plurale constructum* רקיקי lagana, placentæ.

רשה רשיון facultas, licentia; *LXX.* ἐπιχώρησις, indulgentia; *vel secundum alia Exemplaria,* γνώμη, sententia.

רשם *Chald.* exarare, consignare scripturam; *LXX.* τάττειν, ordinare, sancire, ἐκτιθέναι, exponere, ἐπιτάττειν; & ἐντάττειν, constituere. *Participium Peïl* רשים constitutum, consignatum, *exaratum: & Hebraïcâ formâ Paül* רשום exaratum.

רשע improbum esse, improbe se gerere, improbe agere; *LXX.* ἀσεβεῖν, impie agere, ἀνομεῖν, inique agere, ἁμαρτάνειν, peccare.

Hiphil, improbum facere, improbum declarare; improbare, damnare, condemnare; *interdum* improbe agere; *aliquando,* inquietare; exagitare. הרשיע *Aquila, Symm.* καταδικάζειν, condemnare, *Job* 9. 20. & 10. 2. *Symm.* κατακρίνειν, condemnare, *Job* 34. 29. *Sym.* ἄδικον ποιεῖν, iniquum facere, *Job* 40. 3. *LXX.* ἀσεβεῖν διδάσκειν, impium esse docere; *semel LXX.* ἐλέγχειν, redarguere.

מרשע *Sym.* ἀνομία, iniquitas, *Job* 34. 10. *ubi LXX.* ἀσεβῆσαι, impie agere; *Alii* מ *quasi præpositionem habent, & vertunt,* ab improbitate.

רשע ἀσεβὴς, impius, *Omnes. Aq. item* ἁμαρτωλὸς, peccator, *Psalm.* 7. 10. & *Psalm.* 9. 10. *S.* παράνομος, iniquus, *Psal.* 10. *secundum Hebræos v.* 3. *S.* φαῦλος, improbus, *Psal.* 74. 9. *Item S.* παραβάτης, transgressor, *Psalm.* 138. 19. *Plurale* רשעים improbi, iniqui, peccatores, impii. *Fœminin.* רשעה improba.

רשע *Aquila,* ἀσέβημα, impietas; *Symmachus, Theodotio,* ἀσέβεια, impietas, *Psalm.* 10. *secundum Hebræos versu* 15. *Symm.* παρανομία, iniquitas, *Job* 35. 8. *Symmachus,* ἀντιλογία, contradictio, *Job* 20. 29. רשעת *Incert.* ἀνομία, iniquitas, *Deuter.* 9. 5. *Fœminin.* רשעה improbitas, iniquitas.

מרשעת improba, 2. *Paral.* 24. 7.

רשף pruna ignita, scintilla; *metaphorice* anthrax, *id est,* inflammatio, morbus ardens. *Sic Buxtorfus & Lexicographi hodierni: veteres autem,* avis, volucris. ובני רשף *S.* τὰ τέκνα τῶν πετεινῶν, filii volatilium; *A.* υἱοὶ πτηνοῦ, filii volucris; *LXX.* νεοσσοὶ δὲ γυπὸς, pulli autem vulturis; *Alius,* νεοσσοὶ δὲ ἀετῶν, pulli autem aquilarum, *Job* 5. 7. רשף *Aq.* volatile; *Sym. Th. & Quinta Editio,* volucris; *LXX.* εἰς πεδία, in campos, *nescio quid legerint ut talem interpretationem ederent; Alius, nempe Septima Editio,* τὰ μέγιστα τῶν πετεινῶν, maxima volucrum, *vel* maximæ volucres; *Vulgata,* diabolus; *Alii,* carbo, *Habac.* 3. 5. *LXX. item,* ὄρνις, avis, *Deuter.* 32. 24. *Plurale* רשפים *S.* οἰωνοὶ, aves; *LXX.* πῦρ, ignis; *Hieronymus,* volucres, *Psalm.* 77. 48. רשפיה רשפי אש *S.* αἱ ὁρμαὶ αὐτῆς, ὁρμαὶ πύρινοι, impetus ejus, impetus ignei; *LXX.* περίπτερα αὐτῆς, περίπτερα πυρὸς; alæ ejus, alæ ignis; *Sexta Editio,* σπινθῆρες αὐτῆς, σπινθῆρες πυρὸς, scintillæ ejus, scintillæ ignis; *Alius,* λαμπάδες αὐτῆς, λαμπάδες πυρὸς;

lampades ejus, lampades ignis; *Alii*, prunæ ejus, prunæ ignis, *Cant.* 8. 6.

רשש *Pual*, depauperari. *Convenit cum* רוש *unde etiam desumtum esse possit. Vide illic.*

רשת *Sym.* δίκτυον, rete, *Psal.* 34. 7. *ubi LXX.* παγὶς, laqueus. *Incert.* σαγήνη, sagena, *Psal.* 10. *secundum Hebræos v.* 9. *ubi LXX.* παγὶς, laqueus.

רתח *Piel*, fervescere; *LXX.* ἐκζέειν, effervescere; *Ezech.* 24. 5.

Pual, fervefieri. רתחו effervefactæ sunt; *LXX.* ἐξέζεσε, efferbuerunt, *Job* 30. 27.

Hiphil ירתיח *Aquila*; καχλάσει, fervere faciet, *Job* 41. 22. *ubi LXX.* ἀναζεῖ, ebullire *vel* effervescere faciet, *nam transitive accipitur hoc loco*; *Vulgata*, fervescere faciet.

רתם ligavit, junxit. רתם liga, *vel* junge *currum*, *ubi LXX. id pro nomine habent, ac vertunt* ψόφον ἁρμάτων, strepitum curruum.

רתם juniperus; *Aquila*, ἀρκευθος, juniperus, *ubi Symmachus* σκέπη, tegumentum; *LXX.* φυτὸν, planta; *Alius Hebraïcas litteras exprimens*, Ραθμὲν, Rathmen, 3. *Reg.* 19. 5. *Plurale* גחלי רתמים *Aq.* ἄνθρακας ἀρκευθίνας, carbones juniperini; *Sym. Theod.* ἄνθρακες ἐσοβασμένοι, carbones aggesti, *Psalm.* 119. 4. *LXX.* σὺν τοῖς ἄνθραξι τοῖς ἐρημικοῖς, cum carbonibus devastatoriis *vel* desolatoriis; *Hieronymus*, cum carbonibus juniperorum. רתמים *S.* ξύλον ἄγριον, lignum agreste, *Job* 30. 5. *ubi Vulgata*, juniperi.

רתק *Niphal* concatenari, catenis jungi *aut* vinciri; *LXX.* ἀνατρέπεσθαι, everti. *Futur.* ירתק *sic enim legendum notant Masoretæ pro* ירחק procul amoveatur, *ut hodie scriptum habetur*, *Eccles.* 12. 6.

Pual רתקו *LXX.* δεθήσονται, ligabuntur; *Alii*, concatenati, *vel* vincti sunt compedibus, *Nahum* 3. 10.

רתוק catena *vel* funis. הרתוק *Hieronymus*: Verbum Hebraïcum ARETHIC (*sic*) Aquila *conclusionem*; Symmachus & Theodotio καθήλωσιν, *i. confixionem*, interpretati sunt. Pro quo *LXX.* posuere φυρμὸν, quod nos in *perturbationem* vertimus. *Plurale* רתוקות catenæ.

• רתקות catenæ.

רתת *Aquila*, φρίκη, horror; *Symmachus*, *Theodotio*, tremor, *Osee* 13. 1. *ubi LXX.* δικαίωμα, justificatio.

ש

שאב haurire; *LXX.* ὑδρεύειν, aquari, aquam haurire; *rarius* ἀντλεῖν *vel* ἀντλᾶν, haurire; *semel*, ἐπισπᾶν, attrahere aquam.

משאבים *Aquila*, καταλεγόντων, connumerantium, *vel potius* enarrantium. *Vide Lexicon Græcum in* καταλέγω; *S.* συμπινόντων, compotantium; *Alii*, haustra *vel* loca ubi hauritur aqua, *Jud.* 5. 11. *ubi LXX.* ὑδρευομένων, aquam haurientium. *Igitur omnes veteres hanc vocem pro participio verbi habuêre, secus quam recentiores, qui putant esse nomen substantivum.*

שאג *Aquila*, *Sym.* βρυχᾶσθαι, rugire, fremere, *Psal.* 21. 14. & *alibi*; *Sym.* ὀδύρεσθαι, lamentari, *Psal.* 21. 3. *LXX. vero*, ὠρύεσθαι, ululare, βοᾶν, clamare, κράζειν, clamare; *bis*, χρηματίζειν, oracula reddere; *ter*, ἐρεύγεσθαι, rugire.

שאגה *Aquila*, βρύχημα, rugitus, *Psalm.* 21. 2. & *alibi. S. Th.* ὤρυγμα, ululatus, *Hesai.* 5. 29. *Theodotio* & *Quinta Edit.* βόησις, clamor, *Symmachus*, ὀδυρμὸς, gemitus, lamentatio; *Sexta Edit.* δέησις, supplicatio, *Psal.* 21. 2.

שאה vastari, *vel* tumultuari; *LXX.* ἐρημωθῆναι, desolatum esse.

Niphal, vastari, *vel* tumultuari; *LXX.* ἠχεῖν, sonare, *vel* tumultum edere.

Hiphil, vastare; *LXX.* ἐξερημοῦν, vastare, desertum reddere.

Hithpael, obstupescere; *LXX.* καταμανθάνειν, considerare, *vel* observare.

שואה vastatio, *Prov.* 3. 15. *ubi LXX.* ὁρμὴ, impetus.

שאת *idem Thren.* 3. 47.

שואים vastationes; *LXX.* κακουργία, malignitas, maleficium; *Hieronymus*, calamitates, *Psal.* 34. 17.

שאון *A.* θόρυβος, tumultus, *Psalm.* 64. 8. *Item A.* ἦχος, sonitus, *Psal.* 64. 8. *locus sic habet* שאון ימים שאון גליהם *A.* ἦχον θαλάσσης, θόρυβον κυμάτων αὐτῆς, sonum maris, tumultum fluctuum ejus; *LXX.* τὸ κύτος τῆς θαλάσσης, ἤχους κυμάτων αὐτῆς, profundum maris, sonos fluctuum ejus; *Hieronymus*, sonitum maris, fremitum fluctuum ejus; *Vulgat.* profundum maris, sonum fluctuum ejus.

שאן tumultuatio. *Vide in* שאון

משואה devastatio, *A.* ἄτη, noxa, *Soph.* 1, 15. *ubi LXX.* ἀφανισμὸς, desolatio, vastitas.

משואות *Sym.* ἀφανισμοὶ, devastationes, destructiones, *Psalm.* 72. 18. *ubi LXX.* למשואות *vertunt*, ἐν τῷ ἐπαρθῆναι αὐτὰς, dum erigerentur, *quasi ex* נשא *Hieronymus*, ad interitum.

תשואות fragores, acclamationes, tumultus, tumultuationes. תשאות חן *A.* ἐξισώσει χάριτος, adæquatione gratiæ; *Sym.* πρὸς χάριν αὐτῆς, ad gratiam ejus; *LXX.* ἰσότητα χάριτος, æqualitatem gratiæ; *Theodotio*, κατάπαυσις αὕτη; requies hæc; *Vulg.* exæquabit gratiam gratiæ; *Alii*, strepitibus gratiæ, *Zach.* 4. 7.

שאט depopulari, *vel* spernere; *LXX.* ἀτιμάζειν, inhonorare; *Alibi*, ἐπιχαίρειν, gaudere *de ruina cujuspiam.*

שאט depopulari, *vel* depopulatio. *Hujus radicis voces apud Ezechielem tantum occurrunt, putanturque esse usus Chaldaïci.*

שאל *Aq. S.* αἰτεῖν, petere, *Prov.* 20. 4. *item* rogare; interrogare, quærere, requirere, ἐπερωτᾶν, interrogare, *A. Deut.* 18. 11. & *alibi*; *significat etiam*, mendicare, emendicare; *LXX.* ἐπαιτεῖν, mendicare. *Item LXX.* ἀσπάζεσθαι, amplecti, salutare.

Niphal, exorari, precibus obtinere, impetrare. נשאל נשאל αἰτούμενος ᾐτήσατο, petiens petiit; *LXX.* παραιτούμενος παρῃτήσατο, deprecans deprecatus est; *Vulg.* rogavit, 1. *Reg.* 20. 6.

Piel, petere, interrogare, *vel* mendicare.

Hiphil, mutuari, mutuo dare, commodare; χρᾶν, commodare.

שאול ᾅδης, infernus, *passim Omnes. Item* sepulcrum. *Et cum* ה *paragogico* לשאולה in sepulcrum usque; & שאלה in sepulcrum. *Dicunt sic vocari infernum & sepulcrum, quod ore hiante omnia petat & postulet.*

שאלה petitio; *LXX.* αἴτησις, & αἴτημα, petitio. *Item aliquando* χρῆσις, usus, & χρέος, fœnus.

משאלות petitiones.

שאן *Piel*, שאנן *Aquila*, *Symmachus*, εὐθηνεῖν, prosperare, abundare *sæpe. Exempla vide in Lexico Græco.* tranquillum esse, tranquille agere. שאננו *A.* εὐθύνησαν, abundarunt; *Sym.* ἀόχλητοι, imperturbati, *Job* 3. 18. *Reliqui*, εὐθηνεῖν, prosperare, *Hesai.* 32. 9.

שאנן tranquillus. *Plurale* שאננים *Aq.* ὀνειδιζόντων, exprobrantium; *Symmach.* εὐθηνούντων, *ablat. absolut.* abundantibus, *vel* prosperantibus; *LXX.* τοῖς εὐθηνοῦσιν, abundantibus, *Psalm.* 122. 4. *Plurale fœminin.* שאננות tranquillæ *mulieres*; *LXX.* πλούσιαι, divites.

שאנן *S.* ἀλαζόνεια, arrogantia, *Hesai.* 37. 29.

שלאנן *Theodot.* εὐθηνῶν, abundans, prosperans; *Vulg.* dives, *Job* 21. 23. *cum epenthesi* τοῦ ל *vel*, *ut alii putant*, *vox composita ex* שלו & שאנן *qua significatur* summe tranquillus, tranquillissimus.

שאף hausit. שואף *Aq.* εἰσπνεῖ, aspirat, insufflat; *S. Theod.*

Th. ἐπαναςρέφει, revertitur, *Eccl.* 1. 5. *ubi LXX.* ἕλκει, trahit; *Aquila*, ἀφελκύειν, abstrahere, *Job* 5. 5. *ubi LXX.* ἀναρροφῆσαι, absorbere; *LXX.* ἐκπφωνισθῆναι, exhauriri; *Vulg.* bibere. שאפו *Symm.* ἐπέτειβον, atterebant, *Psalm.* 55. 2. *ubi LXX.* κατεπάτησαν, conculcaverunt; *Alii*, absorbuerunt. אל־תשאף *Symmac.* μὴ ἐπιθυμητὴς, ne cupias, ne studeas; *LXX.* μὴ ἐξελκύσῃς, ne extrahas; *Vulg.* ne protrahas; *Alii*, ne anheles, *Job* 36. 20.

שאר reliquum esse, superesse.

Niphal, relinqui, residuum esse, superesse, superstitem manere. נשאר *Symm.* ἐλείφθησαν, relictæ sunt, *Job* 21. 34. נשארים *S.* περιλειφθέντες, relicti, residui, *Levit.* 26. 39. נשאר *Aq.* ὑπολελειμμένον, relictum; *S.* ὑπολειφθὲν, relictum, residuum, 1. *Reg.* 9. 24.

Hiphil, relinquere, superstitem facere, residuum relinquere; *LXX.* καταλείπειν, residuum relinquere.

שאר *Symmach.* ἐπίλοιπος, reliquus; *S.* τὰ ἐπίλοιπα, reliqua, residua, *Hesai.* 10. 9. *Item*, *Aquila*, *Symm.* *Theodotio*, ὑπόλειμμα, reliquum, residuum, *Hesai.* 11. 11. *A. & Incert.* λίμμα *pro* λεῖμμα, residuum, reliquum, *Incert. Levit.* 18. 16. *& Aq. ibidem verf.* 17. *Chaldaïce* שארא residuum, reliquum.

שאר caro; *Aquila*, *Symmachus*, σάρξ, *Psalm.* 77. 20. *& generaliter* alimentum *quodlibet. Item*, propinquus, propinqua. *Aliquando*, corpus.

שארה propinquitas.

שארית *Incert.* λεῖμμα, residuum, reliquiæ, 2. *Reg.* 14. 7. *Aquila*, *Theod.* κατάλοιπον, residuum, *Jerem.* 42. 15. *Semel scribitur absque Aleph* שרית reliquiæ, 1. *Paral.* 13. 18. *Semel item contracte sine* א *cum* ו *loco* י שרות residuum, *Jerem.* 15. 11. *Sed Masorethæ notant legendum* ית ש

משארה mactra. *Plurale* משארות mactræ.

שאר *cum puncto sinistro*, fermentum; *LXX.* ζύμη, fermentum.

שבב fragmentum. *Hinc verbum* שבב frangere *apud Thalmudicos usitatum.*

שבבים *S.* ἀκαταστατῶν, *sive* ἀκατάστατος, instabilis, *Osee* 8. 6. *ubi Aquila* errantibus, *sive* conversis *vertit*; *LXX. & Theodotio*, πλανῶν, seducens; *Quinta Editio*, fluctuans; *Vulg.* in aranearum telas; *Alii*, quemadmodum aranearum telæ; *Recentiores*, contritiones. *Vide notam ibi.*

שביב scintilla; *Chaldaïce* שביבא scintilla, *Plurale Chaldaïcum* שביבין scintillæ.

שבה capere, captivum facere, captivum abducere, deportare, detinere; *Aq. Th.* αἰχμαλωτίζειν, captivum facere, *vel* ducere, *Hesai.* 49. 24. *LXX. item passim*, αἰχμαλωτίζειν, *&* αἰχμαλωτεύειν, captivum facere. *Item* λαμβάνειν, capere, ζωγρεῖν, vivum capere. שבוים *Aq. Symm. Th.* αἰχμάλωτοι, captivi, *Hesai.* 61. 1.

Niphal, captivum abduci, capi.

שבי captivitas, captivorum turba, multitudo capta; *A. Th.* αἰχμαλωτίζων, captivum ducens, *Psal.* 49. 24. *ubi Symmach.* αἰχμαλωσία, captivitas; *Vulg.* quod captum fuerit.

שביה captiva.

שביה captivitas.

שיבה *Item* captivitas.

שבית captivitas. *Plurale constructum* שביתי captivitates.

שבות *idem.*

שבו achates, *lapis pretiosus*; *LXX.* ἀχάτης, achates; *Aliqui*, topazius.

שבח *Piel*, laudare, laudibus celebrare. *Item*, reprimere, compescere. ושבח אני *S.* καὶ ἐμακάρισα, & beatos dixi; *LXX.* καὶ ἐπῄνεσα, & laudavi, *Ecclef.* 4. 2. ישבחנו *S.* καταπραΰνει αὐτὸν, mitigat eum; *Alii*, sedabit eum, *Prov.* 29. 11. *Est etiam Chaldaici ujus frequentissime in Daniele.*

Hiphil, compescere, sedare. משביח *Aquila*, καταστέλλων, comprimens; *LXX.* ὁ συνταράσσων, conturbans; *Theod. & Quinta Editio*, καταπραΰνων, mitigans, compescens; *Hieronymus*, compescens, *Psal.* 64. 8.

Hithpael, laudibus commendare.

שבח laudans.

שבח laus, *apud Rabbinos.*

שבט *Aquila*, σκῆπτρον, sceptrum, *passim*, *& aliquando Symmach. Vide in Lexico Græco. Item S. Th.* φυλὴ, tribus. *Vide in Lexico Græco. S.* ἐξουσία, potestas, *Gen.* 49. 10. *Item A. S. Th.* ῥάβδος, virga. *Exempla vide in Lexico Græco. Symmachus* βακτηρία, baculus, *Hesai.* 28. 27. *Aliquando item*, stylus, calamus. *Plurale constructum* שבטי tribus. *Aliquando*, tela, *vel* spicula.

שבט Schebat, *nomen mensis undecimi qui respondet nostro Januario.*

שבך *Vide in* סבך

שבל שביל semita; *LXX.* τρίβος, semita. *Plurale constructum* שבילי semitæ, viæ; *LXX.* σχοῖνοι, funiculi, *vel* semitæ.

שבלת spica; *LXX.* σάχυς, spica; *Alius*, σύνθημα, constitutum, statutum, signum datum; *Vulg.* spica; *Jud.* 12. 6. *Dicitur &* סבלת *ibidem*, *vitio Ephraïmitarum non recte pronuntiantium. Incertus quidam Græcus interpres legit* σεβελὼ, *forte pro* σεβελώθ, Sebeloth. שבלת *item Aquila*, ῥοῦς, fluxus, alveus, fluentum; *Sym.* ῥεῖθρον, alveus; *LXX.* καταιγὶς, tempestas, *Ps.* 68. 3. *ubi Hieronymus*, flumen.

שבלים baccæ, *Zach.* 4. 12. *ubi LXX.* κλάδοι, rami.

שבלול *A.* ἔντερον, vermis; *Symmac.* χόριον, vulvæ pellicula; *LXX. Th.* κηρὸς, cera; *Hieronymus* vermis; *Alii*, limax, *Psalm.* 57. 9.

שבס שביסים *Aquila*, τελαμῶνες, fasciæ; *Alii*, reticula; *Hesai.* 3. 18. *LXX. hic duas voces habent*, ἐμπλόκια, *i.* funiculos, reticula, *&* κοσύμβους, cincinnos. *Incertum utra vocem hanc Hebraïcam respiciat.*

שבע septem, & septies. *Item Incert.* πλειστάκις, sæpissime, *Psalm.* 118. 164.

שבעה septem & septimus. *Duale* שבעתים septies, septuplum; *A.* septemplíciter, *Gen.* 4. 24. *Plur.* שבעתים septem illi.

שבעים septuaginta.

שביעי septimus. *Fœminin.* שביעית septima, *vel* septimo *anno.*

שבוע septimana. שבעות *Aquila*, *Sym.* ἑβδομάδες, septimanæ, *Jer.* 5. 24. *& formâ masculinâ*, שבעים septimanæ.

Niphal, juravit; נשבע *Symmachus*, ὀμώμοκε, juravit; *LXX.* ὤμοσε, juravit, *Psalm.* 109. 4. הנשבע *Aq. LXX.* ὁ ὀμνύων, qui jurat, *Psal.* 62. 12. *Vide & Psalm* 14. 4.

Hiphil, השביע adjuravit. אשר השבעתנו *Reliqui*, ὃ ὥρκισας ἡμᾶς, quo adjurasti nos, *Jos.* 2. 17. השבעתי אתכם *Aquila*, *Symmac. LXX. Quinta Editio*, ὥρκισα ὑμᾶς, adjuravi vos, *vel in præsenti*, adjuro vos, *Cantic.* 2. 7.

שבוע juramentum, adjuratio; *S.* ὅρκος, juramentum, *Eccles.* 8. 2. *Plurale masculinum constructum*, *& plurale fœmininum consequenter*; שבעי שבעות juramenta juramentorum, *Ezech.* 21. 23.

שבועה juramentum, jusjurandum, adjuratio. *Plur.* שבעות juramenta.

שבע *cum puncto sinistro*; *Symm.* κορεσθῆναι, saturari; *Psal.* 21. 26. *A. S. Th.* χορτασθῆναι, saturari; *A. S. Th.* ἐμπλησθῆναι, impleri, saturari. *Exempla vide in Lexico Græco.*

Piel Omnes, ἐμπλῆσαι implere, saturare.

Hiphil, χορτάζειν, saturare, satiare.

שבע satur; *Aquila*, πλήρης, plenus, *Job* 14. 1. *Plur.* שבעים saturi. *Fœminin.* שבעה satura, saturata *anima*, *Prov.* 27. 7.

שבע *A. S.* πλησμονὴ, satietas, saturitas *passim. Exempla vide in Lex. Græc.*

שבעה satietas, saturitas.

שבץ *Piel Incert.* συσφίγγειν, constringere, *Exod.* 28. 11. *Alii*, tessellatum opus facere. *Incert.* συσφραγίζειν, obsignare, *Exod.* 28. 11.

Pual, intextum. משבצים *LXX.* περικεκαλυμμένα, circumquaque tecta, *Exod.* 28. 20.

שבץ *A. S. Th.* σύσφιγξις, nodus, *Exod.* 28. 39. *Alii*, ocellata chlamys; *Alius*, κόσυμβος, nodus, *Exod.* 28. 39.

משבצה *Aquila*, σφιγκτὴρ, uncinus; *Alius*, συσφιγκτὴρ, *vel* συσφίγκτης, fibula. *Vide Lex. Græc. ad singulas voces. Incert.* uncinus, *vel* fibula; *Alii*, pala, funda annuli. *Incert.* ἐμπλόκιον, implicatio, reticulum, funiculus, *Exod.* 28. 25. *Reperitur in plurali tantum forma fœminina* משבצות palæ.

תשבץ tessella, ocellatio. σύσφιγκτον, constrictum. *A. S. Exod.* 28. 4. *in Appendice.*

שבק *Chald.* sivit, reliquit, dimisit, remisit.

Ithpeal, relinqui.

שבר frangere, confringere, diffringere, effringere, perfringere. *Item*, vendere; emere, *vel* comparare. שבר *Aquila*, *Symmachus*, κατάγνυειν, confringere. *Exempla vide in Lexico Græco. Aq. Symm. Theodot.* συντρίβειν, confringere, effringere. *Vide Lex. Græc. Item*, vendere, emere. שברו *Th.* ἀγοράσατε, emite, *Hesai.* 55. 1. & *Inc. Gen.* 42. 2. שבורי *S.* κεκλασμένους, fractos, *Psalm.* 146. 3. תשבר *S.* κατεάξεις, confringes. *Item S.* συνθραυσθῇ, conteratur, *Eccles.* 12. 6.

Niphal, confringi. נשברו *A.* συνετρίβησαν, contriti sunt, 1. *Reg.* 2. 5. *hodie legitur* נשכרו *secundum quam lectionem Alius vertit*, mercede conducti sunt; *LXX.* ἠλαττώθησαν, minorati sunt.

Piel, effringere, confringere; *LXX.* συνέτριψε, contrivit, *Psalm.* 106. 6.

Hiphil, *Aq. Th.* πιπράσκειν, vendere, *Prov.* 11. 26. *ubi Symm.* πωλεῖν, vendere; *Th.* ἀγοράζειν, emere, *Hesai.* 55. 1.

Hophal, confractum esse.

שבר *Aquila*, *Symmachus*, *Theodotio*, συντριβὴ, contritio, fractura. *Vide Lex. Græc. Item Aq. Th.* συντριμμὸς, contritio, *Hesai.* 15. 5. *Th.* σύντριμμα, contritio. *Vide Lex. Græc. Item* annona, *Gen.* 42. 1. *Alii etiam*, explicatio, enucleatio. *Plurale*, שברים confractiones, contritiones. *Est etiam nomen proprium loci* שברים Sabarim, *Jos.* 7. 5.

שברון fractio, contritio.

משבר matrix, os matricis, 4. *Reg.* 19. 3. *Plurale* משברים *Sym.* καταιγίδες, turbines, procellæ, *Ps.* 41. 7. *ubi LXX.* μετεωρισμοὶ, sublimitates. משברי γνόφοι, caligines, *S. Jonæ* 2. 4.

שבר *cum puncto sinistro. Piel*, speravit, exspectavit, spectavit. ישברו *Sym.* ἀνακτήσεται, recreabit, *Psal.* 103. 11. *LXX.* προσδέξονται, expectabunt onagri; *Hieronymus*, reficiat onager sitim suam. *Hoc loco Schin dextrum habetur in Bibliis hodiernis, sed hîc locamus, quia LXX. hujus, non autem præcedentis Radicis sensum expresserunt.*

שבר exspectatio; *LXX.* ἐλπὶς, spes; *alibi vero*, προσδοκία, exspectatio.

שבש *Chald.* perplexum esse, obstupescere, attonitum reddi, conturbari.

שבת quiescere, cessare; *LXX.* ἀναπαύειν, quiescere. *Item*, καταπαύειν, quiescere, vacare, cessare. שבתה *A.* σαββατιεῖ, sabbatizabit, cessabit; *LXX.* ἀναπαύσεται, requiescet, *Lev.* 25. 2. וישבת *A.* διέλειπεν, desinebat; *LXX.* κατέπαυσε, requievit, *Gen.* 2. 2. *in Append.*

Niphal, cessare.

Hiphil, השבית *S.* παύειν, cessare facere, sedare, *Ex.* 12. 15. *Item* amovere, removere, de medio tollere; *A.* διαλείπειν, relinquere, *Ex.* 12. 15. ישבת *S* ἀπέπαυσας, cessare fecisti; *LXX.* κατέλυσας, destruxisti; *Hieron.* quiescere fecisti, *Psalm.* 88. 45.

שבת *Aquila & alii*, σάββατον, sabbatum, *Levit.* 25. 2. & *alibi. Item* cessatio, requies; *Incert.* ἀνάπαυσις, requies, cessatio, *Lev.* 16. 31. *Synecdochice etiam accipitur pro* septimana, hebdomade. *Plurale* שבתות sabbata, septimanæ. שבתות שנים septimanæ annorum.

שבתון quies, cessatio. *Incert.* σάββατον, sabbatum, *Levit.* 23. 29. & 25. 5.

משבתים cessationes.

שגא *Chald.* crescere, multiplicari, augeri. ישגא *Aquila*, *Sym.* πληθυνθήσεται, multiplicabitur, crescet, *Job.* 8. 11. *ubi LXX.* ὑψωθήσεται, exaltabitur, erigetur. *Hinc Hebraice futurum* ישגה crescit, augetur.

Piel geminatis litteris תשגשגי facies ut crescat; *LXX.* πλανηθήσῃ, decipieris; *Vulgata quasi nomen exprimit*, labrusca, *Hesai.* 17. 11.

Hiphil, augere.

שגיא amplus; *Theodotio*, ἰσχυρὸς, fortis, *Job* 36. 26. *LXX.* πολὺς, multus. *Et adverbialiter Chaldaice*, vehementer.

שגב *cum puncto sinistro*, exaltari, extolli, altum esse, sublime esse; *LXX. longe alio sensu*, διαφεύγειν, effugere.

Niphal LXX. ὑψοῦσθαι, exaltari.

Piel, in alto loco collocare. אשגבהו *LXX.* σκεπάσω αὐτὸν, tegam eum; *Alii*, in sublimi loco collocabo eum, *Psal.* 90. 14.

Pual ישגב in alto loco collocabitur; *LXX.* εὐφρανθήσεται, lætabitur, *Prov.* 29. 25.

Hiphil, *A.* ὑπεραίρειν, extollere; *Symmach.* ὀχυροῦν, munire, *Psal.* 106. 41. *ubi LXX.* βοηθεῖν, adjuvare.

משגב *A.* ὑπερέπαρσις, summa exaltatio; *Sym.* ὀχύρωμα, munimentum, *Psalm.* 47. 4. *Item*, locus editus, arx; *Aquila*, *Symm.* κραταίωμα, munimentum, fortitudo, *Jerem.* 48. 1. *LXX.* καταφυγὴ, confugium; *alibi* ἀντιλήπτωρ, susceptor, patronus; *semel* βοηθὸς, adjutor.

שגג ignorare, errare; *LXX.* ἀγνοεῖν, ignorare, ἀκουσιάζειν, involuntarie agere; *semel*, πλημμελεῖν, delinquere, & *semel* διαμαρτάνειν, peccare.

שגגה *A. S.* ἄγνοια, ignorantia; *Alii*, error. *Item*, ἀκούσιον, involuntarium, *Aq. Eccles.* 5. 5. *Aq. Theod. Eccles.* 10. 5.

משגה *Reliqui*, ἀγνόημα, ignorantia, *Job* 19. 4. *Alii*, error.

שגה *Sym. Theodotio*, ἀγνοεῖν, ignorare, *Ezech.* 45. 20. *Alii*, errare, aberrare.

Hiphil, errare facere. *Participium* משגה errare faciens; *LXX.* συνέσις, intelligentia.

שגיות *Aquila*, ἄγνοιαι, ignorantiæ; *Sym.* ἀγνοήματα, ignorantiæ; *LXX.* παραπτώματα, delicta; *Hieronymus*, errores, *Psal.* 18. 13. *ubi legitur* שגיאות *cum epenthesi* τοῦ א

שגיון *A. S. Quinta Edit.* ἀγνόημα, ignorantia, *Habacuc* 3. 1. & *alibi. Item A.* ἄγνοια, ignorantia, *Psal.* 7. 1. & *alibi*; *Alii*, cantio erratica, *id est*, *varia, quæ omnibus musicæ rationibus cantabatur. Plurale* שגיונות ignorantiæ, *vel* cantiones erraticæ. *In plurali est in Habacuc supra.*

משגת *Reliqui*, ἀγνόημα, ignoratio, *Job* 19. 4.

שגה *Vide & in* שגא

שגח *Hiphil* השגיח prospexit, respexit, consideravit; *LXX.* ἐπιβλέπειν, inspicere, παρακύπτειν, prospicere, & *semel*, θαυμάζειν, admirari.

שגל vitiare, violare mulierem, concumbere, coire. *Verbum est apud Hebræos obscœnum.* ישגלנה *Aquila*, συγκοιτασθήσεται, concumbet, *Deuteron.* 28. 30. *in Appendice.*

Niphal, vitiari; *LXX. hic & in superiori exemplo conjugationis Kal, ut honeste exprimant*, ἔχειν habere *dicunt.*

Pual איפא לא שגלת ubi non fueris vitiata; *LXX.* ποῦ οὐχὶ ἐξεφύρθης, ubi non fueris inquinata, commixta, *Jerem.* 2. 3.

שגל *Aquila*, σύγκοιτος, conjux *vel* concubina; *Sym.* παλλακὴ, concubina, meretrix, *Psalm.* 44. 10. *Alii*, uxor, *LXX.* βασίλισσα, regina. *Plurale Chaldaicum cum affixis* שגלתה uxores ejus. שגלתך uxores tuæ.

שגע *Pual* משגע *Symmac.* παράφορος, vecors, *Deut.* 28. 34. *Aquila*, παραπληκτευόμενος, mente captus, *vel* mente perculsus, vesanus; *Symm.* μαινόμενος, furens, 1. *Reg.* 21. 15. *ubi LXX.* ἐπίληπτος, epilepticus, furiosus; *Sym.* ἐνεὸς, mutus *vel* stultus, *Osee* 9. 7. *Aq.* ἐπίληπτος, mente captus, *Osee* 9 7.

Hithpael להשתגע *Aquila*, παραπληκτεύεσθαι, insanire; *Symmachus*, μαίνεσθαι, furere, 1. *Reg.* 21. 15. משתגע *Aq.* παραπληκτευόμενος, mente perculsus, 1. *Reg.* 21. 14. *Sym.* παράφρων, insanus, *ibid.*

שגעון amentia, *Aquila*, παραπληξία, stoliditas, 4. *Reg.* 9. 20.

שגר fœtus, *proprie emissus ac genitus*; *LXX. vero* βουκόλιον, bovile.

שד *Aquila*, *Theodot.* μασὸς, mamma, *Hes.* 66. 11. *Plurale* שדים mammæ, ubera.

שדד vastare, devastare. השדודה *Aq.* ἡ προνενομευμένη, vastata; *Sym.* ἡ λῃστρὶς, prædatrix; *LXX.* ἡ ταλαίπωρος, misera; *Th.* ἡ διαρπαθησομένη, diripienda. מקטב ישוד *A.* ἀπὸ δηγμοῦ δαιμονίζοντος, a morsu dæmoniaco, *S.* ἀπὸ συγκυρήματος δαιμονιώδους, a casu dæmoniaco; *LXX.* ἀπὸ συμπτώματος καὶ δαιμονίου, a ruina & dæmonio; *Hier.* a morsu insaniente; *Alii*, ab excidio vastabit, *Vul.* ab incursu & dæmonio, *Ps.* 90. 6. הוי שודד ואתה לא שדוד *Sym.* οὐαὶ ὁ ταλαιπωρίζων, αὐτὸς δὲ μὴ ταλαιπωρηθεὶς, væ qui miseros facis, miser & ipse non factus; *LXX.* οὐαὶ τοῖς ταλαιπωροῦσιν ὑμᾶς, ὑμᾶς δὲ οὐδεὶς ποιεῖ ταλαιπώρους, væ iis qui vos miseros faciunt, vos autem nemo facit miseros; *Vulg.* væ qui prædaris, nonne & ipse prædaberis? *Hesai.* 33. 1. והשודד שודד *Symmac.* καὶ ὁ ταλαιπωρίζων ταλαιπωρεῖ, & qui affligit, affligitur; *LXX.* ὁ ἀνομῶν ἀνομεῖ, iniquus inique agit; *Vulgata*, & qui depopulator est, vastat, *Hesai.* 21. 2.

Niphal, vastari.

Piel, vastare, devastare.

Pual, שדד vastatus est.

Hophal, vastari.

שד vastator. *Item substantive* dæmon, *quasi vastator dictus. Hinc Aquila* ישוד δαιμονίζων, & *Sym.* δαιμονιώδης *vertunt. Plurale*, יזבחו לשדים sacrificaverunt dæmonibus, *Deut.* 32. 17.

שדוד ταλαίπωρος, miser, *A. Theod. Jerem.* 4. 30. & *alibi. Est Paül Kal.*

שד *Aq.* προνομὴ, vastatio, *Psalm.* 31. 4. & *alibi. Symmach.* διαρπαγὴ, direptio, *Habac.* 2. 17. *S.* κακοπάθεια, afflictio, *Psalm.* 11. 5. לשדי *Symmachus*, εἰς διαφθορὰν, in corruptionem, *Psal.* 31. 4.

שוד *A.* προνομὴ, vastatio, *Job* 5. 21. & *alibi.*

שדה ושדות *A.* κυλίκιον καὶ κυλίκια, parvum calicem & parvos calices, *Eccles.* 2. 8. *ubi Sym.* mensuram, species & appositiones; *Alii*, symphonia; *LXX.* οἰνοχόον, καὶ οἰνοχόας, ministros & ministras vini; *Vulg.* scyphos & urceos in ministerio ad vina fundenda.

שדי Σαδδαὶ, *Aq. Symmac. Theod.* ἱκανὸς, sufficiens, *Epitheton Dei. Exempla frequentissima vide in Lexico Græco*; *LXX. sæpius*, παντοκράτωρ, omnipotens; *alibi*, Θεὸς, Deus, & κύριος, Dominus; ἱκανὸς, sufficiens, *vel* magnus, ἐπουράνιος, cœlestis.

שדד *cum puncto sinistro Piel*, occare. וישדד אדמתו *Symmachus*, καὶ βωλοκοπήσει, & glebas scindet, *sive* & occabit; *LXX* πρὶν ἐργάσασθαι τὴν γῆν, antequam operetur terram; *Vul.* & sarriet humum suam; *Alii*, occabit terram suam, *Hesai.* 28. 24. אם ישדד *Symm.* ἢ ὁμαλίσει, an complanabit valles; *LXX.* ἢ ἑλκύσει σου αὔλακας, aut trahet sulcos tuos; *Vulg.* aut confringet glebas vallium; *Alii*, an occaret valles, *Job* 39. 10.

שדים *A.* τῶν πεδινῶν, campestrium; *S.* τῶν ἀλσῶν, amœnitatum, *Gen.* 14. 3.

שדה *cum puncto sinistro*, ἀγρὸς, ager, *Omnes. Syrus*, ἄρουρα, ager, arvum, *Hesai.* 16. 8. *Aquila*, χώρα, regio, *sæpe. Vide in Lexico Græco. Reperitur &* שדי *pro* שדה ager. *Plurale constructum* שדי agri; & *forma fœminina* שדות agri.

שדי ἄγριος, agrestis, *Symmac. Psalm.* 79. 14. *Incer. Psal.* 8. 7.

שדם שדמה *LXX.* πεδίον, campus ager; *Aq.* ἄρουραι, arvum, *Hesai.* 16. 8. *Symm.* κλῆμα, palmes, *Hesai.* 16. 8.

שדמות *Aq.* προάστεια, suburbana. *Jerem.* 31. 40. *S. Th.* φάραγξ, vallis, 4. *Reg.* 23. 4.

Item שדמות *Th.* ἀγροὶ θανάτου, agri mortis, *ubi duas distinctas voces legit Theodotio, quasi* שדי מות *Hesai.* 16. 8.

שדף שדופת adustæ, uredine tactæ *spicæ. Genes.* 41. 27. *ubi LXX.* ἀνεμόφθοροι, vento corruptæ.

שדפה adustio, uredo.

שדפון *Idem. Aquila*, *Symmac. Theod.* ἀνεμοφθορία, venti devastatio, *Amos* 4. 9. *ubi LXX.* πύρωσις, adustio.

שדר *Chald.* mittere.

Ithpeal, conari, satagere, contendere, operam dare; *LXX.* ἀγωνίζεσθαι, certare, contendere, conari.

אשתדור conspiratio, rebellio.

שדרות *Vide in* סדר

שה *cum puncto sinistro*, pecus, agnus, hœdus. *Aq. Symmach.* βόσκημα, pecus, *Levit.* 27. 26. *LXX. sæpe*, πρόβατον, ovis, ἀμνὸς, agnus. *Cum affixis aliquando mutat* ה *in* י *veluti* שיו pecus ejus, שיהו pecus suum.

שהד *cum puncto sinistro*, testis, testificator, *Job* 16. 19. *LXX.* συνίστωρ, conscius.

שהדותא *Chald.* testimonium.

שהם *Aquila*, σαρδόνυξ, sardonyx; *Symm. Th.* ὄνυξ, onyx, *Gen.* 2. 12. & *alibi. A. Symm. Th.* ὄνυξ, *Exod.* 25. 7. & *alibi. LXX. mire variant in hujus vocis interpretatione: nam semel* ὄνυξ, onyx *vertunt; alibi*, πράσινον, lapis prasinus; *modo* σμάραγδος, smaragdus; *modo* σάπφειρος, sapphirus; *alibi* βηρύλλιον, beryllus, & σάρδιος, sardius.

שהרנים *Vide in* סהר

שוא vanitas, falsum, mendacium. *Aquila*, εἰκαιότης, vanitas, *Prov.* 30. 8. *Item A.* εἰκῆ, temere, *Psal.* 126. 2. & *alibi. Sym.* μάταιος, vanus, *Psal.* 59. 3. & *alibi. Sym. Th.* ματαιότης, vanitas, *Job* 31. 5.

שוב reverti, redire, convertere se, converti: avertere se *vel* averti, recedere, retroagi. שב *Syrus*, ὑπέστρεψεν, reversus est; *LXX.* οὐκ ἀνέστρεψεν, non reversus est; *Vulg.* non revertebatur *Gen.* 8. 7. *Hæc negatio non exprimitur in Exemplaribus Hebraicis hodiernis.* וישב *Aquila*, ἀπεστράφησαν, aversi sunt; *Reliqui* ἐξώρμησαν, recesserunt; *LXX.* ἐπέστρεψαν, reversi sunt; *LXX. aliter*, ἐπέστρεψεν, reversus est, *Jud.* 7. 3. ושבתם *Incer.* καὶ ἀνακάμψατε, reflectite, revertimini; *LXX.* ἐπιστραφήσεσθε, revertemini, 2. *Reg.* 10. 5. ישובו *Aq.* ἀναστρέψουσι, revertentur; *LXX.* ἀποστραφήτωσαν, avertantur; *Hieronymus*, convertantur, *Psalm.* 9. 18. ישובו *Sym.* ἀνακάμψουσι, deflectent; *LXX.* ἐπιστρέψουσιν, revertent; *Hieronym.* revertantur, *Psalm.* 58. 7. שבו *LXX.* ἐπέστρεψαν, reversi sunt; *Quinta Editio*, μετενόησαν, pœnitentiam egerunt, *Osee* 7. 10. *Et sic non infrequenter alii* μετανοεῖν. ושבתי *Symmac.* ἀποκαθιστῶ, restituam; *LXX.* ἀποστρέψω, convertam, *Ezech.* 13. 53. *Alii quoque* שוב *significat*, restituere, reducere facere, redire facere. *Sunt qui velint aliquando explicandum*, quietum esse, requiescere.

Piel, שובב reverti fecit, convertit, restituit, reduxit; avertit, pervertit, perversum reddidit.

Pual, reduci; *Alii* משובבת *transitive*, reducam.

Hiphil, redire fecit, reverti fecit, reduxit, retulit, reportavit, reposuit: reddidit, restituit, rependit; retorsit, retudit: convertit, avertit, respondit. תשיב *Sym.* ἀποστρέψεις, avertes, *Exod.* 23. 4. *Item Aquila*

& alii sæpe hanc interpretationem usurpant. Item Symmachus ἀποκαταςῆσαι, restituere, *Job* 39. 12. *Symm.* μετακαλέσαι, revocare, *Job* 39. 12. ישיב *S.* ἀποδώσει, restituet, 1. *Reg.* 26. 23. והשבתי *Aquila*, καὶ καταπαύσω, & cessare faciam, *quasi ex* שבת *S.* καὶ ἀνεντρέπω, & everto, *vel* evertam, *aut potius*, & confundam; *LXX.* καὶ ἀποςρέψω, & avertam, *Ezech.* 7. 24. *Item Aq. S. Theodotio*, ἀποκρίνεσθαι, respondere, *sæpe. Sic & Reliqui*, *Job* 13. 22. *Aq. Jos.* 14. 7. *S. Job* 31. 14. להשיב *Incert.* διαλλάξαι, reconciliare, *Jud.* 19. 3. וישב *Aq.* ἀπεσόβησεν, abegit, *Gen.* 15. 11. לא־ישיב *Sym.* ἀναπόςρεπτος, qui averti non potest, *Job* 9. 13.

Hophal, restitutum esse, redditum esse, reductum esse.

שובה reversio; *S.* μετάνοια, pœnitentia, *Hesai.* 30. 15. *Quidam putant nonnunquam significare* quies, requies: *ac revera Veteres hanc radicem interdum confundunt cum* שבת cessavit, requievit: *cujus rei exemplum supra vidimus.*

שיבה *Vide in* שבה

משבה aversa, *& substantive* aversio; *S.* ἀποςροφή, aversio, *Prov.* 1. 32. *Plurale* משבות aversiones.

שובב aversus. *Plurale* שובבים aversi. *Fœmininum*, השובבה aversa.

תשובה reversio, reditus, regressio, responsio; *Symmac.* ἀντίῤῥησις, contradictio, *Job* 21. 34. *Plurale* תשובות responsiones.

שוב *cum puncto sinistro*, canescere; *LXX.* καταγηράσκειν, senescere, *Hesai.* 46. 4.

שב *Th.* πρεσβύτης, senex, *Job* 15. 10. *& Reliqui*, 1. *Reg.* 28. 14. *Plur. Chaldaicum* שביא senes, seniores; *constructum* שבי senes.

שיב γῆρας, senectus, *Incer.* 3. *Reg.* 14. 4. *Fœminin.* שיבה *Aquila*, *Symm.* πολιὰ, canities, *sæpe. Exempla vide in Lexico Græco.*

שוג *cum puncto sinistro. Vide in* סוג

שוד ישוד שודד *Vide in* שדד

שוד *cum puncto sinistro*, linere, oblinere; *LXX.* κονιᾷν, linere, oblinere.

שיד calx; *LXX.* κονία, calx.

שוה æquare, æquari, æqualem esse: utile esse, prodesse, convenire, expedire; *LXX.* ἄξιον εἶναι, dignum esse. *Item*, συμφέρει, conducit, convenit.

Piel, æquare, ponere, disponere, componere, proponere.

Hiphil item, æquare.

Hithpael, æquari. נשתוה æquatur, *compositum ex Niphal & Hithpael.*

שוח inclinari, propendere. שחה אל מות ביתה *Sym.* ὥρισεν (εἰς θάνατον τὸν οἶκον αὐτῆς,) definivit ad mortem domum ejus; *LXX.* ἔθετο γὰρ παρὰ τῷ θανάτῳ τὸν οἶκον αὐτῆς, posuit enim juxta mortem domum suam; *Alius, quem sequitur Vulgata*, ἔκυψε γὰρ εἰς θάνατον οἶκος αὐτῆς, inclinata est enim ad mortem domus ejus, *Proverb.* 2. 18. *Alii vocem hanc in Radice* שחה *ponunt.*

שוחה & שחה *Aq. Symm. Th.* διαφθορὰ, corruptio; *Alii*, fossa, fovea; *S.* ὄρυγμα, fovea, *Prov.* 23. 27. *LXX.* θάνατος, mors, φθορὰ, διαφθορὰ, & καταφθορὰ, pernicies, & βόθρος, fovea.

שיחה fossa, fovea. *Plurale* שיחות *S.* ὑπόγεια, subterranea; *ubi Aquila*, βρόχους, laqueos, *Psalm.* 118. 85. *Quinta Editio*, βοθύνους, foveas; *LXX.* ἀδολεσχίας, fabulationes, *ibidem. LXX. vero hanc vocem ad Radicem sequentem pertinere putaverunt, quæ est* שוח *cum puncto sinistro.*

שוח meditari, eloqui; *Aquila*, *Symmac.* ὁμιλῆσαι, colloqui. *Vide in Lexico Græco.* לשוח λαλῆσαι, loqui, *S. Gen.* 24. 63.

Piel item, meditari, eloqui. אשוחה meditabor, *Ps.* 142. 3. *duplicatâ postremâ litterâ.*

Hiphil, *Sym.* διαλαλεῖν, colloqui, eloqui, *Psalm.* 16. 4. *S.* διαλέγεσθαι, colloqui, ratiocinari, *Job* 7. 11. *S.* διηγεῖσθαι, narrare, *Psalm.* 76. 13. *Item S.* προσλαλεῖν, alloqui, *Psalm.* 54. 5. *S.* φθέγγεσθαι, loqui; *Jud.* 5. 10. *Aquila*, ὁμιλῆσαι, colloqui. *Vide in Lex. Græc.*

שיח ἀδολεσχία, meditatio, *A.* 1. *Reg.* 1. 16. *& alibi. Th. Job* 7. 13. *& alibi.* ἀδολεσχία *significat etiam* exercitatio, colloquium, confabulatio, fabulatio; *Alii etiam*, querimonia, querela, oratio querula; *A. Item* διάλεξις, eloquium, colloquium, *Psal.* 103. 34. *A. S.* ὁμιλία, colloquium, *A. Psalm.* 54. 3. *& S. Ps.* 103. 34. *& alibi.*

שח *idem. Symmac.* φώνημα, vociferatio, *Amos* 4. 13. *ubi Aquila*, ὁμιλία, conversatio; *Theodotio*, λόγος, sermo; *Quinta Editio*, ἀδολεσχία, exercitatio. *Legitur* מה־שחו quæ meditatio ejus; *LXX. vero junctis vocibus legerunt* משחו τὸν χριςὸν αὐτοῦ, Christum ejus.

שוט ire, circuire, peragrare, discurrere, percurrere; *LXX.* διαπορεύεσθαι, transire, περιέρχεσθαι, circuire, περιοδεύειν, circuire, 4. *Reg.* 24. 8. *ubi Alii*, περιέρχεσθαι, circumire.

Piel, paragrare; *LXX. vero*, ἐπιβλέπειν, inspicere, & περιδραμεῖν, circumcurrere.

Hithpael, cursitare. והתשוטטנה *Incert.* διαδράμετε, discurrite; *LXX.* κόψασθε, plangite, *vel aliter*, περιλυτεύεσθε, circuite, *Jer.* 49. 3.

שוט flagellum, scutica; *Aq. Symm.* μάςιξ, flagellum, *Hesai.* 28. 15. *Scribitur autem ibi per* י *sed legendum per* ו *secundum Massorethas*; *Aq.* κώπη, remus, *Hesai.* 33. 21. *Item*, ἀντιλογία, contradictio, *Job* 5. 21. *ubi LXX.* μάςιξ, flagellum; *Alius*, συκοφαντία, sycophantia, calumnia. *Plurale* שוטים flagella, scuticæ.

שוטט flagellum, scutica.

שט remex; *S.* κωπηλάτης, remex, *Hesai.* 33. 21. *ubi Aq.* κώπη, remus; *Vulg.* remiges.

משוט remus. *Plurale* משוטים remi.

שוט *cum puncto sinistro*, declinare. שט declinans, *Ps.* 39. 5. *ubi solum reperitur in plurali constructo* שטי כזב *hodierna Lexica*, & declinantes ad mendacium; *LXX.* καὶ μανίας ψευδεῖς, & insanias falsas; *Hieronymus vero*, pompasque mendacii.

שוך *cum puncto sinistro*, sepire, obsepire. שך ἀπέφραξεν, obsepivit, obstruxit, *S. Job* 3. 23. *legitur cum* ס *estque in conjugatione Hiphil; sed hæ Radices* סכך & שוך *sæpe confunduntur, idemque significant; LXX.* περιφράττειν, circummunire, & ςρωννύειν, sternere, *Prov.* 15. 20.

Piel duplicans שכך *Vide in* סכך

שך sepes; *LXX.* σκόλοψ, aculeus, palus, *quia ex palis & spinis sepes struuntur.*

שוכה φορτίον, sarcina, *vel* fascis; *Alii*, κλάδος, ramus; *Vulgata*, ramus, *Jud.* 9. 48. *Mox versu* 49. שכה ramum suum, *contracte pro* שוכתו

משכה משוכה *Sym.* φραγμὸς, sepes; *LXX. quasi participium Pual plurale*, ἐςρωμένα, stratæ, constratæ; *Vulgat.* sepes, *Prov.* 15. 19. *Dicitur etiam* מסוכה *eodem sensu.*

שכים vepres, spinæ. *Potest etiam a* שכך *derivari. Forma fœminina* שכות spinæ.

שך *Aquila*, *Symm.* δίκτυον, rete, *Jer.* 5. 26. *Alii referunt ad* סכך *vel ad* שכך

שול fimbria. *Plurale* שולים *constructum* שולי fimbriæ; *Symm. Theodot.* τὰ πρὸς ποδῶν, quæ ad pedes; *A.* ἀπόληγμα, terminus, ora, *Exod.* 28. 33. *ubi LXX.* λῶμα, margo. *In Codice Coisliniano legitur; Aquila*, ἀπόπλεγμα, complicatio, contextus, *loco τοῦ* ἀπόληγμα.

שום allium; *LXX.* σκόροδον, allium. *Plurale* שומים *Sunt qui putent esse vocem Ægyptiacam.*

שום *cum puncto sinistro*, ponere, apponere, componere,

nere, disponere, imponere, interponere, proponere: statuere, constituere, collocare, τιθέναι, ponere, statuere, collocare, imponere. שמו *A.* ἐπέθηκαν, imposuerunt, *Job* 1. 17. שם *S.* ἐπέθετο, imposuit, 1. *Reg.* 15. 2. *LXX. sæpe*, ποιεῖν, facere, τάττειν, constituere; *sed sæpius interpretationes petunt ex verbo* τίθημι, *& compositis.*

Hiphil, השים τιθέναι, ponere, *sæpius Omnes. A. S.* ἐπιτιθέναι, imponere; *S. Th.* τάσσειν, constituere. *Exempla vide in Lexico Græco.*

Hophal, poni, apponi, appositum esse, repositum esse.

Ithpeal, Chald. poni, apponi, constitui.

תשומת positio. *Inc.* θέμα, *Levit.* 6. 2.

שוע *Symmach.* οἰμώζειν, ejulare, *Psalm.* 71. 12. *Alii*, vociferari; *LXX.* κράζειν, clamare.

Piel, vociferari, clamare. משוע vociferans; *LXX.* δυνάστης, potens.

Hiphil, illinere, oblinere, incrustare, obturare, השע ἐμύσεν, clausit, obturavit, *Symmach. Hesa.* 6. 10. *ubi LXX.* ἐκάμμυσαν, obturarunt; *Vulg.* claude; *Alii*, obline.

שוע vociferatio; *Symmachus*, οἰμωγή, ejulatus, *Ps.* 87. 14. *& alibi*; *Alii*, nobilitas, divitiæ, *Job* 36. 19. *item adjective*, liberalis, nobilis; dives; *Aq.* τύραννος, tyrannus, *Ezech.* 23. 23. *ubi Alii* שוע *quasi nomen proprium habent redduntque* Σωε, *Symmachus nempe LXX. & Theodotio*; *Vulgata vero* tyrannos *interpretatur*; *LXX. alibi* κραυγή, clamor, *&* δέησις, supplicatio.

שועה *Symm.* οἰμωγή, ejulatus. *Vide in Lex. Græco.*

תשועה *Vide in* ישע

שוף conterere; *& secundum aliam significationem*, abscondere, obscurare; *Symm.* ἐπισκεπάζειν, obtegere, *Psalm.* 138. 11. *ubi LXX.* καταπατεῖν, conculcare; *Incer.* καλύπτειν, occultare; *LXX. alibi*, ἐκτρίβειν, conterere, atterere. ישופך *Incert.* τειρήσει, conteret te: *verisimile est germanam lectionem esse*, τρίψει, conteret, *ut habet Coislinianus Codex eraso interpretis nomine*, *Gen.* 3. 15.

שוק *Piel*, שוקק *S.* ποτίζειν, potare, irrigare. *Item*, appetere, desiderare. ותשקקה *Symm.* καὶ ποτίσεις αὐτὴν, & potabis eam *terram*; *LXX.* καὶ ἐμέθυσας αὐτὴν, & inebriasti eam; *Hieronymus*, & irriga eam, *Psalm.* 64. 10.

Hiphil, excurrere, exundare, effluere; *LXX.* ὑπερεκχέειν, supereffundi, redundare.

שוק *Symmachus*, platea, *Eccles.* 12. 5. *Item* vicus, forum, *sic dictum, quod illuc homines confluant*; *LXX.* γωνία, angulus, *&* ἀγορά, platea. *Plural.* שוקים plateæ.

שוק *Aquila, Symm.* κνήμη, femur, tibia. *Exempla frequentia vide in Lexico Græco. Item* κνημὶς, crus, *Reliqui, Levit.* 8. 25. *in Appendice*; *LXX. item*, κνήμη, crus, σκέλος *item*, crus, *& sæpe* βραχίων, brachium.

שוקקה appetens, *Hesai.* 29. 8. *ubi LXX.* εἰς κενὸν ἤλπισεν, in vanum speravit.

תשוקה *& constructum* תשוקתך *Aquila*, ἡ συνάφειά σου, *vel ut habet Hieronymus*, societas tua. *Hæc est vera lectio, ut ex Coislin. Codice confirmatur, qua de re vide in Appendice*; *altera vero lectio*, ἡ συμμαχία σου, *quam utpote suspectam, & ex Latino Hieronymi non ita pridem effictam, uncinis incluseramus, omnino spuria est*; *Sym.* ἡ ὁρμή σου, impetus, *vel* appetitus tuus; *LXX.* ἡ ἀποστροφή σου, conversio tua, *Gen.* 3. 6. תשוקתו *LXX.* ἡ ἀποστροφὴ αὐτοῦ, conversio ejus; *Th.* ὁρμὴ αὐτοῦ, impetus ejus; *Vulgata*, appetitus ejus, *Gen.* 4. 7.

משק *Hujus vocis significationem ex Radice* שוק *petiit Aquila, qui hæc verba* ובן־משק ביתי *ita vertit*, υἱὸς τοῦ ποτίζοντος οἰκίαν μου, filius potantis domum meam; *LXX.* ὁ δὲ υἱὸς Μασὲκ, filius autem Masec; *Theodotio*, καὶ ὁ υἱὸς τοῦ ἐπὶ τῆς οἰκίας μου, & filius ejus qui est super domum meam; *Alius*, ὁ δὲ συγγενής τοῦ οἴκου μου, cognatus vero domus meæ; *Vulg.* & filius procuratoris domus meæ; *Alii, qui hanc vocem deducunt ex* שקק & filius discursitationis domus meæ; *id est, qui discursitat ut domus meæ negotia gerat.*

שור *Aquila, Symmachus, Theodot.* ᾄδειν, canere. *Item aliquando*, contemplari. שר ᾖσε, cecinit; *Aq. Sym. Theod. Psalm.* 7. 1. *LXX. item sæpe*, ᾄδειν, *&* ἀείδειν, cantare. *Item*, καταμανθάνειν, ediscere, considerare; *semel*, ἀπομέμφεσθαι, reprehendere, accusare.

Piel, laudare. *Item*, contemplari.

Hiphil, cantare. אשירה ᾄσω, cantabo, *Symmach. Psalm.* 9. 4.

שיר *Aq. Sym. LXX. Theod.* ᾆσμα, canticum, *passim S.* ᾠδή, cantio, canticum. *Exempla vide in Lex. Græc. ad utramque vocem. Plurale* שירים cantica. *Fœminin.* שירה canticum, *& constructum* שירת canticum. *Plur.* שירות cantica.

שור *Sym. Th.* ὁ ἀποτειχίζων, qui a muris excludit, qui adversatur, *Psalm.* 91. 12. *vel* inimicus, adversarius; *LXX.* ἐχθρὸς, inimicus. *Plurale constructum* שורי inimici. *Item*, שור murus. *Plurale fœminin.* שורות muri. *Plurale Chaldaicum emphaticum* שוריא muri.

שור *Aq. Sym.* τεῖχος, murus. *Alii*, taurus, *Gen.* 49. 6. *Symm. Theod.* ταῦρος, taurus. *Vide in Lexico Græco.*

שור *Symm. Th.* ταῦρος, taurus. *Item S. Th.* μόσχος, vitulus. *Exempla vide in Lexico Græco. Item Aquila & Symmachus*, βοῦς, bos, *Prov.* 14. 4. *Plur.* שורים boves.

שרון *Vide in* שרה

שורר inimicus, insidiator, adversarius; *LXX.* ἐχθρὸς, inimicus. *Est quasi Piel duplicans, nominis vice fungens.* שוררי *Aquila*, ἐφοδεύοντάς μοι, insidiantes; insidias parantes mihi; *S.* ἀποθλίβοντάς με, affligentes, *vel* opprimentes me; *Alii*, inimici mei, *Ps.* 5. 9. *Symm.* ἀποτειχίζοντες, expellentes, adversarii, *Psalm.* 53. 7. *Aquila*, ἐφοδευταὶ, lustratores, insidiatores, *Gen.* 42. 9.

תשורה munus, donum. *Dicitur proprie de donis & muneribus, quæ magnatibus offeruntur*; *LXX.* πλεῖον, amplius, 1. *Reg.* 9. 7. *ubi legitur*, & amplius *non est apud nos quod offeretur*; *Vulg.* & sportulam *non habemus ut demus homini Dei.*

שור *cum puncto sinistro*; *Aq. Symmach.* ἄρχειν, principatum habere, dominari, imperare; *A.* προσκοπεῖν, prospicere, inspectionem habere, *Num.* 24. 17. תשור ἀτενιεῖ, respiciet, *Incert. Job* 7. 8. *LXX. item*, ἄρχειν, κατάρχειν, imperare, πρωτεύειν, primas tenere, μεγαλύνεσθαι, magnificari.

Hiphil, principem constituere; *LXX. vero*, ἄρχειν, imperare.

